

DISSERTATIO CANONICA 872

DE
IVRE PRECVM,
QVOAD FINEM, EFFE-
CTVM ET VARIOS RITVS,

QVAM
DIVINA FAVENTE GRATIA

PRÆSIDE
DOMINO

GEORGIO ADAMO *Struven*

ICTO, SERENISSIMORVM DVCVM

SAXO-VINARIENSIVM CONSILIARIO INTIMO

VT ET ILLVSTRIS REGIM. AC CONSISTOR. SA-

XO-IENENS. PRÆSIDE, FACVLTAT. IVRIDICÆ

ORDINARIO, CVRIÆ PROVINCIALIS ATQVE

SCABINATVS ASSESSORE,

DN. PATRONO, COGNATO AC PROMOTORE

SVO OMNI OBSERVANTIÆ ET OBSE^QVII

CVLTV ÆTATEM DEVENERANDO,

IN FLORENTISSIMO AD SALAM ATHENÆO

A. D. IVL. CL^o I^oC XXCII.

PLACIDÆ ERVDITORVM DISQVISIONI

EXHIBET

GEORGIVS ADAMVS *Brunner.*

JENÆ, LITERIS KREBSIANIS.

V I R O
NOBILISSIMO, AMPLISSIMO
ATQVE CONSULTISSIMO,

DOMINO
CHRISTIANO FRI-
DERICO /

IVRIVM PRACTICO FAMIGE-
RATISSIMO, ILLVSTRIS REGIMINIS SAXO-
WEISSENFELSENSIS ADVOCATO ORDINA-
RIO, CIVITATISQVE SYNDICO SPE-
CTATISSIMO,

DN. AFFINI, PATRONO AC
FAVTORI SVO MULTIS NOMINIBVS
VENERANDO

HOC

EXERCITIVM ACADEMICVM

IN

DEBITÆ OBSERVANTIÆ ET GRATI ANIMI
DOCUMENTVM CVM SVI SVORVMQVE STV-
DIORVM COMMENDATIONE

OFFERT ET DEDICAT

GEORGIVS ADAMVS Brunner.



I. N. D. N. 7. C.

APHORISMVS I.

Non solum pro nostra, sed etiam proximi (a) salute DEVM inuocamus: quæ Inuocatio Intercessio dicitur. Præcipua huius species est, quæ fit pro felicitate Imperantium (b) & Patronorum Ecclesiarum (c).

(a) Cum Inuocatio siue Petitio sit actus hominis eiusque voluntatis desiderium secundum DEI voluntatem, omnisque actionis finis, sine quo nulla reperitur, semper sit aliquod bonum siue verum siue apparens, rectè inde conficitur, invocationis Nominis Diuini maximè finem esse bonum quoddam atque salutem. Hæc autem consistit tum in bonorum consecutione & retentione, tum in malorum auersione & absentia: quorum utrumque eiusque species varias vniuersim completi videmus Orationem Dominicam, singulatim verò sic dictam Litaniam. Naturalis amplius rationis est, SIBI ante omnia SVISO bene velle. Vnde proprius orantis scopus ac primaria intentio est sua sibi concilianda commoditas & emolumentum: quod tamen verè tale esse non potest, nisi eodem vtamur ad DEI gloriam, quæ primò & vltimò sicut in omnibus actionibus, ita in precibus intendi debet. Prima quippe petitio, quam *Matth. VI.* Christus nos docuit, est: SANC TIFICETVR NOMEN TVVM. Qua de re legas Richard Baxter in *Libello de Abnegatione nostri Ipsius. cap. L. pag. 547. & seq.* Quoniam autem homo naturâ etiam sociale animal est, ita vt, ipso DEO creatore iudice, non sit bona homini solitudo, & proximus dimidia beatæ vitæ pars: hinc quoque ipsum naturalis intellectus rectum iudicium apprehendit, cum sibi per DEI inuocationem salutem impetrare possit, non minus etiam illa *secum degentibus* prospera

Finis Inuocatio. Nom. Diuini.

1.

2.

3.

A

ra



ra quæque conciliare. τὸ καλὸν καὶ ἀποδεχθῆναι ἐνώπιον τοῦ
Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, 1. *Timoth. II. 3.* Accedit quoque ipsius
Christi *Luc. VI. 28.* & Vatum ex Spiritu S. loquentium consti-
tutio. 1. *Timoth. II. 1. Eph. VI. 18. Jacob. V. 16.* nec non eorum ex-
empla. *Luc. XXIII. 34. Job. XVII. 1. Thess. I. 2.* & secutus effectus.
Genes. XX. 17. vbi DEVS sanauit Abimelech Regem in Gerar ad
preces Abrahami.

Prius verò cum in *Diss. Nostr. de Brach. Div. Implor.* monstra-
tum iuerimus, igitur restat vt etiam hoc paucis perseque-
mur. Et Iure quidem Roman. alteri valide pacisci quis non
potest, nec liberare ab obligatione alium. *l. 17. § 4. π. de Pact.* nec
actio aut exceptio *l. 38. § 17. π. de Verb. Obl.* inde nascitur. Quod
secus Iure hodierno Germanorum. D. Schilter. *Exerc. π. XIX. 23.*
seqq. Sicuti autem illius decisio subtilitate magis nitebatur,
huius contra æquitate naturali: ita quoque misericordia stri-
cti iuris, vt ita dicam, non est, sed ad gratiam potius pro-
pena, vt ex V. & N. T. libris abunde constat. Quin ipsum
quoque ius Roman. postulationem pro altero, concessit. *V.*
tot. tit. de Postulando.

An pro
omnibus
orandum?

Referre hîc liceat ex Theologis: An pro omnibus omnino
hominibus, absq; discrimine orare sit licitum? Quod per iam alleg.
loc. regulariter affirmant, inimicos quoq; comprehendendo,
de quibus corruptam rationem non leuiter dubitare comper-
tum est. Excipiuntur tamen inde impii, eatenus quidem,
quâ tales sunt, videlicet vt Deus conatibus ipsorum prauis
fauere velit. *Job. XVII. 9.* & pœnas debitas ab obstinatis auer-
tat. *Jer. VII. 16. XI. 14. XV. 1. Ezech. XIV. 14.* vt & qui peccant ad
mortem. 1. *Job. V. 16.* cuius loci variam, & veram vti putamus,
interpretationem in dictæ quæstionis tractatione tradit
D. Fridr. Balduin. *Lib. II. c. VII. cas. 4. de casib. consc.* Et hæc
de superstitibus. Defuncti verò cum non sint amplius in
tempore misericordiæ, & pii quidem iam in requie. *Apoc. XIV.*
13. Sap. III. 1. impii verò in tormentis, vnde nulla redemptio.
Luc. XVI. 23. seqq. Illi precibus nostris non indigent: Hi verò
liberari nequeunt. Balduin. *d. l. cas. V.* vbi etiam ad 2. *Macc.*
XII. 42. respondet, & Apolog. August. *Confess. Art. XXI. tit.*
de

An pro
Defunctis?



de vocab. Missæ explicat. conf. Carpz. *Isag. ad Libb. Symbol. p. 680.*
ubi & in hanc rem allegat Hulfem. Maiorem ac Riuetum.
Verum nos huius quæstionis ulteriorem enodationem me-
ritò Theologis relinquimus.

(b) Singularis quippe mentio in S. Scripturis inter eos,
pro quibus orare iubemur, fit βασιλέων, καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπε-
ροχῇ ὄντων, regum & omnium in eminentia & sublimitate
constitutorum, 1. *Timoth. II. 2.* ἵνα ἡρεμον καὶ ἡσύχιον βίον ἀγα-
ζωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι ad quam conferuandam
etiam aliàs tributa soluere tenentur subditi l. 2. in fin. *Cod. de*

Orand. pro
Imperanti-
bua.

exact. tributor. X. 19. Publica enim salus Principis salute con-
tinetur: nec parum ad præsentis vitæ statum conducunt,
munimenta ponentes, hostes propellentes, seditiosos in vr-
bibus cohibentes, quasuis calamitates dissoluentes, quibus
præmia debentur. Orationis quoque præsentissimum effe-
ctum se credere & sentire Justinianus Imper. ad Epiphani-
um sanctissimum Episcopum CPolit. & vniuersalem Patriar-
cham, confitetur l. 34. pr. *Cod. de Episcop. audient.* in incremento
Reip. per Christi gratiam, & subiugatione barbarorum.

Σφόδρα, inquit, πιστεύομεν, ὡς ἡ τῶν ἱερέων καὶ θαλάττης τῆ καὶ Ὀκοσ-
μία, καὶ ἡ πρὸς τὸν δεσπότην Θεὸν καὶ σωτῆρα ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν
συντομία, καὶ αἱ παρ' αὐτῶν ἀναπεμπομένη διηνεκεῖς εὐχαί, πολλὰ
ὀμείνεται τῇ καὶ ἡμῶν πολιτείᾳ καὶ αὐξήσει παρέχοντα, δι' ὧν ἴσθιν
ἡμῖν καὶ βαρβάρων κερταίν, καὶ γνώσκεσθε κυρτοῖς ἐκείνων ἅ πρὸ-
θεν σοὶ εἶχομεν. Sic & Theophil. ad Autolyt. lib. 1. circ. fl.

gentiles hortatur, ut pro principe Deum precentur. Τὸν ἡ βα-
σιλέα τιμα, τιμα ἄνοων ἀπὸ ὑποτάξιόν σου ἀπὸ εὐχόμενον
ὑπὲρ αὐτοῦ. Cuius dicti ita fuere memores (etsi adulationis
non leuis species quibusdam infederit) vt mos tandem in-
ualuerit propinandi inuicem & bibendi pro salute Principis
& imperii: de quo eleganter Ambros. in libro de Helia. cap.
XVII. *Quid obtestationes potantium loquar? quid memorem sacra-*
menta, qua violare nefas arbitrantur? Bibamus, inquit, pro
salute imperatorum, & qui non biberit, sit reus indevationis: vide-
tur enim non amare Imperatorem, qui pro eius salute non biberit. O
pia deuotionis obsequium! Bibamus pro salute exercituum &c. Et

hac vota ad Deum peruenire iudicant. Qui mos, non dicam quàm bonus ad nostrum etiam seculum peruasit. De Romanorum pro incolumitate Cæsarum votis vide l. 233. §. 1. de V. S. & Briffon. de Form. Lib. 1. pag. 100. In primitiua Ecclesia oratio pro eis fiebat expansis manibus, capi te nudo, precantes pro eis vitam prolixam, Imperium securum, Domum tutam, exercitus fortes, Senatum fidelem, populum probum, orbemque quietum. Marqu. de Sufanis Tr. de Judæis & usuris part. 1. c. VII. pag. 98. Et Christiana pietate dignum videtur quod olim dixit Athenagoras, cum legatione fungeretur, Christianos vota pro Principibus, tametsi gentiles essent, suscipere. Car. Han. Fabrot. in Not. ad Tir. Cod. Theodos. de Pagan. Sacrif. & Templ. l. 8. pag. 23. idque deportatis Iudæis à Nebucadnezaro præcepit ipse Deus apud Ierem. c. XXIX. 7. Mart. Schookius de bonis Eccles. Sect. IV. de officio ministror. Eccles. erga magistr. cap. 1. pag. 623. De nostris moribus non est vt addamus, nisi quod anno 1649. & sequentibus inter Reuerendissimum Principem ac Dominum, Dn. Io. Philippum Archiepiscop. Mogunt. &c. & Senatum populumque Erfurtinum ratione publicarum precationum pro Episcopi Moguntiaë Salute agitatum fuit, id tamen satis distinctè perspici potest aus der gründlichen Deduction und Bericht / (vti inscribitur) daß die Stadt Erfurt in puncto des von Ihr. Churfürstl. Gnaden zu Mainz bey derselben gesuchten Kirchen Gebeths / und sonsten keine straffbare Widersetzlichkeit verübet / & sequenti Senatus publico programmate:

*Caus. Erf.
furt.*

Wir Rathsmeister und Rath der Stadt Erfurt können keinen Umgang haben / unserer gesambten lieben Bürgerschaft / aus treuester Wohlmeynung / und Krafft unserer Pflicht / hiermit zu offenbaren / in was vor einen höchst gefährlichen Zustand / wir sambt allen unseren und gemeiner Stadt Angehörigen gerathen könten / wann nicht denen vorigen Kayserslichen / wegen des Gebeths für Ihre Churfürstl. Gnaden zu Mainz / unsern gnädigsten Churfürsten und Herrn / ergangenen Mandatis, also / wie es Ihr. Kaysersl. Majestät allergnädigster Will und höchster Respect erfordert / gehorsambst nachgelebet / noch des Durchlauchtigsten Chur- und Fürstl. Hauses Sachsen hierinnen gegebenem

nem

nem Raht gefolget / und der *Insinuation* des albereit ferner ausgefertigten Käyserlichen ernsteren Befehls / ja gänzlichlicher Ausrottung unserer aller / erwartet werden solte. Denn daß dergleichen wir hiesigen Orts / auffer der *Partition*, nicht werden abwenden können / aus deme sattsam zu vernehmen ist / was die Röm. Käyserl. Majestät neulichst dem Durchläuchtigsten Chur und Fürstlichen Hause Sachsen allergnädigst *rescribiret*, und was dasselbe / laut beygefüigten *Extracts*, uns gnädigst angefüget: Sintemahl bey solcher Beschaffenheit / ersthöchstgedachten Hauses Beystandes man in dieser Sache sich nicht zugetrösten / sondern vielmehr die beweglichen Chur- und Fürstl. Vorstell- und Ermahnungen reifflich zu bedencfen hohe Ursach hat.

Dieweil denn Ihre Käyserl. Majestät / in erstberührtem *Rescript*, höchstermeltes Haus unserwegen zum zweytenmahl unter dero eigenen Hand und Siegel allergnädigst versichern / daß Sie die Stadt bey Ihrem Wesen / Gerechtsame und *Privilegien* handhaben und schützen / und nicht geschehen lassen wollen / daß dasjenige / was in dieser Friedens *Executions* Sache erkennet und *decretiret* worden / anderen unseren Gerechtsamen zu Nachtheil ausgebeudet werden solle. Item: Daß Ihre Käyserl. Majestät nimmermehr gestatten wollen / die Stadt in *Ecclesiasticis* oder *Politicis* wider das Herkommen beschweren / oder die Käyserl. *Judicata* ungebührlich *extendiren* zu lassen / sondern Sie darbey zu allerzeit auffo kräftigste zu schützen: Und dann in solche / als des höchsten Ober-Haupts der Christenheit kräftigste Versicherungs-Worte im geringsten kein Zweifel gesetzt werden mag: In dieser Sach aber bishero einzig und allein nach derogleichen Versicherung verlanget / und auff Dieselbe die Einführung der Gebets-*Formul* von Viertelen / Zünfften / und derer vor den Thoren / Besage Ihrer uns gegebenen schriftlichen Erklärungen / allezeit gestellet worden: Als können wir nicht befinden / mit was Fuge jemand hierinnen zu weiterem Aufenthalt / Ursach geben wolle / es wäre denn / daß derselbe eine unnatürliche Begierde zu seinem und der seinigen auch unserer

Gemeiner Stadt armer Unterthanen eusersten Verderb / so nicht gnugsam zu beklagen seyn würde / geschöpffet haben möchte.

Gestalt wir denn dahero uns nicht versehen / daß sich jemand zu widersprechen unterstehen / oder solchen Widerspruchs sich befugt trachten werde / wenn wir dem vor dreym Monaten mit den andern Vier Rächten gemachten Schlusse nach / dem sich auch die Vormündere zum theil *conformiret*, das Gebeth / wie es damahls E. Ehrw. *Ministerium* unter Ihrer eigenen Hand ausgestellt / nunmehr bey so gestalten Sachen verrichten lassen werden; Bevorab weil wir gemeynet sind / zu noch mehrerer **Verwahrung** / daß hieraus die Chur-Mäynische **Landesfürstliche Obrigkeit** über die Stadt / als welche das hochlöbliche Erz-Stift *ante motus bellicos* nicht gehabt / zu keiner Zeit gefolget werden könne / nicht allein bey dem **Käyserlichen Cammer-Gericht** ordentlichen *Process*, und in dieser Gebeths-Sache einen glücklichen **Ausschlag** zu erlangen verhoffen; sondern auch bey gesambten aniezo zu Regenspurg auff dem Reichs-Tage sich befindenden **Ständen des Reichs** mit einer **öffentlichen** Rechts beständigen *Protestation*, welche zum ewigen Gedächtniß und Verwahrung in allen Viertelen / Handwerkeren / und Gemeinden vor den Thoren / beygelegt werden kan / einzukommen. Wie wir denn auch im übrigen ferner / der Stadt Freyheiten und Gerechtigkeiten / euserster Möglichkeit nach / uns angelegen seyn lassen wollen: In der Zuversicht / daß auch die **Bürgerchaft** Uns schuldigen *Respect* und Gehorsam erweisen / und vielmehr alle Gefahr und Unheil abwenden zu helfen / als sich selbstn ohnverantwortlicher weise darein zu stürzen gesonnen seyn. Mit nichten aber denen / welche unter dem Schein guter Freundschaft und Wohlmeynung / nur darumb daß Gemeiner Stadt Untergang und Verderben destomehr befördert werden möchte / zur **Widersegligkeit** rathen / folgen werde. In Betracht uns bekandt ist / wie und zu was Ende der Stadt Feindselige Tag und Nacht auff Ausübung allerhand gefährlicher **Kencke** / worunter die **Verweigerung** *in Puncto Precum* zu erhalten / nicht der geringste ist / trachten und sich bemühen. Darnach sich ein jeder

jeder auff seine schwere zu Gemeiner Stadt geleistete Pflicht
wird zu achten wissen. Signatum den 14. Augusti, Anno 1663.

(c) Quotiescunque nostris moribus pro salute Patriæ,
Principis &c. Preces publicæ de suggestis templorum fiunt,
toties Patronorum quoque cum omni familia usurpari solet
memoria. Anton. Faber. *de Relig. regend. in Rebusp. Libr. 3. cap.*
ii. n. 19. Zachar. Hermann. *in Disputat. inaug. de Jure Patron.*
lib. 73. fi. Carpz. *Jurispr. Consistor. Libr. 2. T. XVI. definit. 259. n. 7.*
8. Sig. Finckelthuf. *de J. Patr. cap. VI. n. 154.*

II. Preces quoque publicæ institui solent
pro captivis apud Turcas (a), pro vexatis à Dia-
boli tentationibus (b), pro impuberibus magi-
cas artes patientibus (c), & ad mortem conde-
mnatis (d).

(a) Carol. V. Imp. *in Recess. Imper. anno 1544. S. 57.* Und daß
auch an allen guten Christlichen Bericht und Bermahnungen
nichts mangle; so ist unser Will und Meinung / daß die Pfarr-
Herr und Prediger alle Sonntag / so das Volck zu göttlichen
Nemptern oder das Wort Gottes zu hören / zusammen komt / die
Bermahnung und Erinnerungs-Schrifft / so wir hieneben stellen
und fertigen lassen / dem Christen-Volck auff der Cangel fürlesen /
und sie nothdürfftiglich wollen berichten / der grausamen und
viehischen Dienstbarkeit und Beschwerden / darinnen des Tür-
cken selbst Unterthanen / sonder aber gemeiniglich alle Christen-
Menschen gehalten werden / die in des Türcken Gewalt seyn /
und darauff ihre Pfarr-Berwandten treulich vermahnen / Gott
dem Allmächtigen umb abwendung seines göttlichen Zorns / und
Besserung unsers sündlich-n Lebens / auch zu Erledigung so
vieler gefangener armen Christen-Menschen / seine Gnad
und Sieg zu verleihen / von Herzen anzuruffen und zu bitten.
An verò rectè in Litania oremus: Alle Gefangene loß und le-
dig lassen? vide D. Finckium. *Quest. Illustr. p. 33.*

(b) Ita consultum à Collegio nostro Juridico ad requisit.
Johann:

Johann Heinrich von Erffa zu Meinungen M. Decembr. 1677.
P. P. Als ihr uns die wider Balthin Haynern von Behrungen
ferner ergangene *Inquisitionis-Acta* zugeschickt / und darüber unsere
Rechtsbelehrung gebeten / demnach sp. W. B. N. daß *Inquisit*
bey so gestalten Sachen und Umständen mit einiger Straffe nicht
zu belegen / sondern vielmehr auff Anstalt und Verordnung der
hohen Obrigkeit an einen abgesonderten Ort zu bringen / wo
selbst er in leidlicher verwahrung zu halten / auch nothdürfftig zu
verpflegen / und die Herren Geistlichen / wie auch andere vernünftige
Christliche Leute zu ihm zu lassen / damit er durch dieselbe von
denen Nachstellungen des bösen Feindes durch kräftigen Unter-
richt / Trost und Vermahnung aus Gottes Wort gerettet / und
vermittelst göttlicher Verleihung hinwieder auf andere Gedan-
cken gebracht werden möge. Gestalt denn dieser elende Mensch
zu solchem Ende ins gemeine Kirchen-Gebeth zuschliessen / auch
darneben ihm durch einen erfahrenen Medicum billiche Arzney-
Mittel zu Vernehmung der bey ihm sich befindenden Angst /
Schwermuth und Berrückung zu gebrauchen. B. N. W. &
Facultate Theologica d. 11. Sept. 1598. inter Consil. Dedek. Vol.
1. pag. 949. n. 11. cui n. 12. annexum iudicium D. Philipp. Me-
lanchthonis, de puellis dæmoniacis, & præmissum Consilium
D. Mart. Lutheri. pag. 948.

(c) Ita quoque responsum fuisse memini non simplici
vice.

(d) Id quotidiana Praxis testatur. Et D. Johann Pessinger /
in seinem Trostbüchlein pag. 300. ita consulit : Wann man
nun den armen Menschen zur Nichtstatt hinaus führet ꝛc. und
wo viel Volck's beysammen stehet / soll der Priester den armen
Menschen vermahnen / daß er das Volck bitte / daß sie Gott für
ihm bitten wollen / daß Er ihn in wahren Christlichen Glauben
beständig erhalten / und mit seinem H. Geiste trösten und stär-
cken / und wen er erzürnet / daß man ihm das um Christi Willen
vergeben wolle. Vid. Dedeken. *Consil.* Vol. 1. pag. 957. ff.

III.

III. Porro benè precari solemus nouis con-
iugibus (a), ad quos scribimus (b), obuiam venien-
tibus (c), bibentibus (d), sternutantibus (e).

(a) De hoc ritu diximus in *Diss. de Brach. Div. Implor. apb. VII.*
lit. b. adde D. Petr. Mülleri *Disput. de Benedict. Sacerdot.*

(b) Id omnes Epistolarum libri confirmant. Et Plato in
quadam epistola ad Dionysium ita scribit: Symbolum ita-
que tibi hoc esto, vt illius epistolæ, quam vt serio, cum studio
& ex sententia animi, à me scriptam velim accipias, dictio
hæc DEUS in singulari Numero, sit principium: leuioris au-
tem epistolæ, dii, numero multitudinis. Sicuti quoque ho-
die interdum, ita etiam olim ad Principem scribentes in ex-
tremo epistolæ salutem ipsi vsitatis votis precabantur, quod
annotatu non indignum iudicat Marqu. Freher. *Parerg. lib.*
i. cap. VI. pag. 17. idque citra grauem Imperatoris offensam
omitti non poterat. Dio. in *Tiberio*: οἱ Ροδίων ἀρχόντες Ἰπι-
σεύλαντες τὴν αὐτῶν, ἔχοντες ἐπιγράψαι τῇ Ἰπιστολῇ, &c. Nam & ipse
Princeps in rescriptis, mandatis, iussionibus suis officiales &
magistratus non tantum salutatione dignabatur, uti HAVE
KARISSIME NOBIS. καὶ εὖ υμῶν ἔστω ἡμῖν: Verum etiam
valetudinem precabatur, idque propriâ forsan manu ad-
scribebat; quod persuadere videtur scriptura Constantii ad
Probum iudicem apud Vigilium, in qua sub finem ita est: Ἐ
aliâ manu: OPTAMUS TE BENE VALERE, vel
vt in Constitutionibus & Nouellis passim est: VALE CA-
RISSIME, DIVINITAS TE SERVET INCO-
LVM MEM. Imo etiam hoc ipsum imperabant: CVRA
VT BENE VALEAS. De quo postremo eleganter
Lucianus in Apolog. τῶν ἐν τῇ προσαγωγῆσει παισμάτῳ: τὴν
δ' ἔχει καὶ ἐν τῷ πᾶσι τῶν ἐπιστολῶν βιβλίῳ ὅτι αἰεὶ καὶ ὡς βασιλέως λαμ-
βάνετε, τὸ πρῶτον ὑμῖν ἐστὶν ὡς ἀγγεῖον, τῆς ὑγείας τῆς ὑμετέ-
ρας αὐτῶν ἀπμελείας, καὶ μάλα εἰκότως. ἔδεν γὰρ εἶναι ὄφελος
ὑμῶν πρὸς τ' ἄλλα, μὴ ἔστω ἀσθενῶν.

B

(c) De



(c) De salutationibus, quæ fiunt per inuocationem nominis diuini Vide Laur. Beyerling. *in Magno Theatro vitæ humane*, Tom. VII. Voc. *Salutatio*. v. g. DOMINVS. TECVM. VIR. FORTIS. *Judic. VI. BENEDICAT. TIBI. DOMINVS. & nostrum: Gott grüsse dich. q. d. DEUS te gratiet. b. e. gratiam suam atque salutem tibi largiatur. Secundum eundem ibid. vel alium quendam: Gott grüsse dich. DEUS te magnificiat. Scilicet ipsa salutationis vox à saluto descendit, quod est salutem dico & opto. Et interna salutatio, quæ fundamentum atque fons externæ, dicente Beyerl. ex Suida, nihil aliud est, quàm εὐχή, b. e. animi votum, quo salutem corporis & animi alicui à Deo, ceu fonte salutis, omnisque boni, precamur. Christianorum porro in prima Ecclesia osculum ferè adiunctam habebat salutationem his, verbis: PAX. TECVM. Bes. Th. Pr. Lit. K n. 58.*

(d) Vid. Briffon. *Form. lib. 1. pag. 82.* & D. Philip. Mülleri *Dissertat. de Poculo Salutis.*

(e) Mos hic est vetustissimus & per omnes ferè populos fuit peruulgatus. Nam ex Eliæ Leuitæ Lex. obseruat Georg. Erhard. *in Symb. Hebræos salutem aut medicinam, אֲשׁוּבָה, Asuba & רֵפּוּיָה Rephua sternutantibus precari solere; ac fabulari ab initio mundi fuisse morbum Askera strangulatorium, qui per sternutamenta spiritum ipsum expulerit. Græcis quoque illud peræque solenne fuisse Aristot. indicat in Problemat. quærens. Δια τῶν μὲν ἄλλων πνευμάτων αἱ ἐξοδοί, οἷον φύσης καὶ ἐρυγῶς, ἔχ' ἰερά, ἢ ΔΕ ΤΟΥ ΠΤΑΡΜΟΥ ΙΕΡΑ. Nam postquam dixit, τὸν παρμόν τῆς κεφαλῆς πνεῦμα esse, subiungit, Διὰ τὸ ἱερωτάτου εἶναι τὸν τόπον, ΚΑΙ ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ ΩΣ ΙΕΡΟΝ ΠΡΟΣΚΤΝΟΤΣΙΝ. & ποχ, Ἐὐγε ὡς σημεῖον ὑγείας τῆ ἀρρώστια, καὶ ἱερωτάτη τόπος ΠΡΟΣΚΤΝΟΤΣΙΝ, ὡς ἱερόν καὶ Φημι μάλιστα πειθόνται. Idem probat vetus Epigrammatarius Ammon. lib. 2. hoc versu: Οὐδὲ λέγειν ΖΕΤ ΣΩΣΟΝ ὅταν παρῆ quod idem illud nostrum est: Gott helff! *Plin. lib. XXVII.* Ex quo patet non demum A. Chr. DCXIX. originem traxisse hunc dicendi morem ex Italia, ut in Besold. *Th. Pr. Lit. L. n. 39.* putauit Verdier. *divers. Lessons**

Livr

Livr. 2. chap. IX. L'an de nostre salut 619. *inquit*, en Italie courut vne sorte de maladie, qu'en esternuant on mouroit soudain quelques fois. Ce qui donna des lons entree à la coustume; que quand on voioit quelquum commencer à esterner on luy disoit, *Dieu vous ayde*; la quelle coustume depuis ce temps est entretenne pour de jourd' huy. aut A. D X C. vt habet Sigon. *Libr. 1. de Regno Ital.* Rituale Rom. secutus; cui traditioni quod fidem habuerit, & qui tantus vir ignorare potuerit, morem hunc ex medio paganismo imitatione Christianorum ad nostra usque tempora propagatum esse, miratur Io. H. Vrsinus *Sacr. Analect. Part. 1. Lib. 1. cap. XI.*

I V. Rite & secundum DE I voluntatem institutam inuocationem sequitur grata exauditio & bonorum impetratio.

Glossa in proem. *Institut. & Nouellarum* dicit: Ex hoc sequitur bonum principium, melius medium, & finis Deo acceptabilis, siue optimus. Alles was Joseph / Josua / David / Hiskia und Daniel thäten / da gab der Herr Glück zu / und machte sie weißlich handeln: Die Ursach war / weil sie alles mit Gott anfangen / und fast mehr mit Gott / wie Kaysers Carol. V. als mit den Menschen redeten. Sigm. von Bircken / im Brandenburg. Ulyß. pag. 31. In specie autem piæ preces pro diuina directione excipit singularis in agendo & ad felicem negotiorum finem & euentum perueniendi fiducia, quæ nascitur ex diuina promissione. *Phil. IV, 6. 7.* in omni negotio referatis desideria & petita vestra cum precibus & gratiarum actionibus, DEO; & hic *Phesphod.* custodiet, seruabit cogitationes & motus cordis, animi & voluntatis vestræ, ne deuiant à via recta. D. Schilt. *Manud. Ph. Mor. ad Iprud. c. IX. §. 5.* Non solum autem firma ista fiducia, sed & felix illam vltius sustinens successus sequitur ea negotia, quæ secundum voluntatem diuinam suscepta & ex ipsius beneplacito. Sic admodum piæ Xenophon. *L. VI. de exped. Cyri*, prosperum successum

*Effectus in-
uocationis
communis.*



cessum DEO & precibus suis acceptum refert. Atque haud
scio, *inquit*, annon Deus ipse rem huc deduxerit, qui hos ar-
roganter se iactantes, quasi prudentiâ præcellerent, depri-
mere vult; nos verò, qui actionum nostrarum primordia so-
lemus à diis capere, maiore ornare gloriâ. Et Imper. Iustinia-
nus *Nov. VI. pr.* Καλῶς δὲ ἀν' ἅπαντα πράττειτο, καὶ προσκόντας,
εἴπερ ἢ τῶν πραγμάτων ὀδὴν γένοιτο πρέκασα καὶ Φίλη Θεῶ. Prin-
cipium autem decens ac Deo acceptum fieri dicit, εἴπερ ἢ τῶν
ιερωῶν κανόνων καρατήρησις Φυλάττειτο, ἢν οἱ τε δικαίως ὑμνέμενοι
ἢ προσκυνέμενοι, αὐτόπται καὶ ὑπερέτα τῶν Θεῶ λόγων παραδεδώ-
κασιν ἀπόστολοι, καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες ἐφυλάξαντό τε καὶ ὑφηγή-
σαντο; inter quos canones præcipui sunt de honesta vita &
inuocatione DEI, per quam ista maximè comparatur: Seria
quippe precatio magis prodest ad pietatem & eruditionem,
quàm multorum dierum lectio. Sunt verba Lutheri & Phil.
referente Victorino Strigelio *in Eth. p. 437*. Nam rita precatio
necessariò coniuncta esse debet cum consideratione tam DEI
eiusque essentia, & voluntatis atque potentia, quàm dili-
genti contemplatione quotidianæ conditionis hominis o-
rantis; vnde suimetipsius cognitio nascitur, quod est huma-
næ sapientia compendium. Also lehret uns das Gebet/ ait
Lutherus *Tom. V. pag. 401.* daß wir beyde uns und Gott erkenn-
nen/ und lernen was uns fehlet / und woher wirs nehmen und su-
chen sollen. Daraus wird ein sein vollkommen verständiger
Mensch / der sich zu allen Sachen recht schiefen und halten kan.
Effugiendo scilicet & declinando mala cognita, tam suæ na-
tura, quàm aliorum, quibuscum conuersari necesse habet:
Quin ipsius etiam Diaboli astutias atque insidias. Exem-
plis confirmare quæ diximus facillimum est; percurramus
liceat diuina oracula. Quomodo Abrahamus 318. tantum
vernis quatuor Reges simul prostravit? non arma hos, non
miles; pietas & oratio fudit. Mose manus in oratione pro-
tendente Amalechitas vincit Israël: lassas remittente vincit
Amalech, Israël nullum stravit hostem: pro ferro Mosis fue-
runt preces. Nonne ad verba magni Ducis Josux, fiducia
plena, sol stetit? obaudit cælum homini. Quid de Gedeo-
re?

ne? Samsone? qui in asini fortuita mandibula, cum reliqua
deessent arma, mille Philistæos prostravit: cæli, non man-
dibulæ victoria fuit. Quid de Macchabæis, qui nulla prope
manu tot Regum victores fuerunt. Pietatis fuere cultores &
DEVM inuocantes. conf. *Gen. IV.* Nec his visis opus erit
annales Imperatorum & Regum euoluere. Videfis quæ de
hac re congeffit Ambrosius Marlianus *Theatr. Polit. cap. XXVII.*
pag. 403. Glorietur etiam de singulari Italorum sui tempo-
ris precantium nescio quo effectu *Glossa ad Clement. cap. unic.*
de Reliq. Effectum Orationis, *inquit*, fumus in Italia nuper
experti: Quando enim cum versibus illis: *Exsurgat Deus, &c.*
cœpit Ecclesia contra rebelles orare, peremti & exterminati
sunt quasi subito, qui censurâ Ecclesiasticâ & armis bellicis,
iamdudum domari non potuere.

V. Non tamen remissa censetur iniuriarum
actio forensis seu iudicialis, si iniuriatus post iniur-
riam acceptam more suo ad DEVM orauit, vel
Coenâ Dominicâ usus est.

Specialis hæc controuersia quoad effectum Orationis
Dominicæ est apud Io. Ia. Wissenb. *Part. poster. ad π. Exercit.*
XXX. tb. 29. Sumsit autem eam ex Io. à Sanden *Lib. V. Decis.*
Frisic. Tit. VIII. definit. ult. & Anton. Matthæi *Comment. ad Tit. Civilis;*
π. de Crimin. pag. 165. Sandius verò ex Prosp. Farinac. *Quæst.*
105. n. 376. & Io. Schneidew. *ad §. fin. Inst. de Iniur. n. 7. 8.* quos
cum aliis citauerat Matth. Berlich. *part. 5. concl. 70. n. 19. seqq.*
(Hi quidem cum Io. de Anania *ad cap. 1. de Maledicis. n. 12. in*
fin. §. 13. quem allegant, cum ibi allegatis *Gloss. Bart. Bald.*
Ang. Ant. Imol. Paul. de Castro) non quærunt de Oratio-
nis Dominicæ precatione nec de cœnæ Dominicæ participa-
tione, sed de confessione peccatorum; ex quâ præsumere pos-
set iniurians, iniuriatum remisisse etiam sibi & aliis peccata,
& per consequens actionem quoq; iudicialem, quæ ex delicto
iam remisso nata fuit: Secundum id quod dicitur in Oratione
Domini, *dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus*

B 3

debi-



debitoribus nostris. (& Osculo Pacis ex *Clement. cap. IV. de Sentent. Excommun.*) Res tamen eodem recidit: Sacram enim communionem ex usu Ecclesiastico præcedit Confessio: Confessionem autem continet Oratio Dominica. Retinebimus autem quæstionem, vti olim à Bartolo *ad l. si tibi. 18. (al. 17.) §. quadam 1. n. 3. π. de pactis.* vel planius *ad l. non solum. 11. §. Iniuriarum actio. 1 π. de Iniur. n. 3.* fuit ex Glossa *ad §. fin. Inst. de iniur.* & Guilielmo de Cumo seu Cumensi vel de Cuneo vt vulgò, falso tamen, dicitur, Val. Forster. *L. 3. Hist. Juris Ciu. cap. 26. n. 5. pag. 641.* composita; Et rationes & distinctiones hinc inde labore congestas exhibebimus.

Casus.

Casus est: Ego conuentus actione iniuriarum ad mei defensionem allego, te tanquam fidelem & Christianum post illam receptam iniuriam fuisse confessum tua peccata. Tu in Replicatione hoc liquidò confiteris. Quæritur an ex hoc sit probata iniuriæ remissio & sit perempta actio iniuriarum?

Rat. Dub.

Glossa *Instit. §. fin. de Iniur.* videtur dicere, quod sic.
1. quia dissimulatione & nudâ voluntate hæc actio tollitur, *l. 11. §. 1. π. & §. fin. Inst. de iniur. adde l. 17. §. 6. eod.* dum sicut ex bono & æquo, quo nemo lædendus est quoquam modo, ista actio est inducta, ita eadem æquitate, quâ id, quod tibi non vis fieri, alteri non facias, solâ remissione & dissimulatione, etiam sine partis lædentis pœnitentia perimatur. Omnes enim actiones descendentes ex maleficio sunt debiles, quia non nascuntur ex consensu: Bart. *ad d. l. Si tibi. §. 1. n. 1.* At verò qui peccatorum remissionem petit, non modò dissimulasse, sed etiam penitus ex animo exuisse præsumitur omnem iniuriam, prauum inimicitæ affectum & vindictam, quam actio iniuriarum continet. *l. prator. 7. §. 1. π. de iniur l. 2 §. Emancipatus. π. de collat.* Semel autem extincta actio, in perpetuum resuscitari non potest. *l. qui res. 98. §. arcam. 8. ibi: in perpetuum. de Solut.*

2. quia aliàs non potuit benè pœnitere, nisi offensam planè perpetuò voluerit remittere. Non autem præsumitur, quis non rectè pœnituisse, aut salutem propriam siue æternam
vllum

vllum commodum temporale antepofuisse, *l. 6. Cod. ad L. Jul. Repetundar.* & hoc dicens, propriam confiteretur turpitudinem ac impietatem: quam omnes omninò fugiunt.

Sed Guilielmus de Cumo dicit contrarium (1.) quia de *Raf. Decid.* necessitate ad salutem animæ suæ nemo tenetur remittere actionem iniuriarum & satisfactionem; sed benè quilibet Christianus tenetur remittere rancorem, siue odium animi, quod habet ad offendendum, quam regulam Glossa Iur. Can. *ad Dist. XC. c. X. & cap. I. de Maledicis. inf. collegit ex Dist. V. cap. ult. de pœnit. caus. XI. q. 3. c. LV. caus. XXIII. q. 4. c. cum in lege 16. & c. si illic. 29. it. d. Dist. XC. c. 10.* Eam verò cum Iure quoque Ciuili conuenire monstrant per *l. si domus. 21. de Seruit. Præd. urb.* in qua is, cui duæ seruitutes à vicino debentur, & alterutram remisit, sic eam remisisse per Pomponium dicitur, ne reliqua etiam fiat inutilis. Quoniam igitur in omni iniuriâ accepta duo quoque continentur, (1) rancor scilicet siue odium, quod in statu naturæ corrupto ad priuatam vindictam impellit iniuriatum & (2) satisfactio siue actio forensis, rei vel pœnæ persecutoria; alterum autem remittitur, vel remitti debet, cum, ad euitandam Reip. turbationem & conseruandam tranquillitatem, eius loco iudiciales actiones introductæ, quibus idem, & maiori probitate consequi possit, quàm propria auctoritate. *l. Nullus. 14. C. de Iudais. & c. ad hoc. 16. q. 1. & text. cum gloss. in c. nisi bella. 23. q. 1. & l. extat. 13. π. quod met. caus.* id ita remissum esse intelligendum est, ne reliquum etiam periisse censeatur. Huius verò ratio est, quod nemo ius sibi acquisitum iactare præsumatur, neque etiam possit absque prodigalitate nota atque ciuilibus negligentia. Remisso igitur rancore atq; odio tanquam remedio suum consequendi reprobato, non videtur remissa quoque actio iniuriarum, ut remedium iure concessum atque tributum.

(2.) addit Bart. Ego reperi in Magistro siue *Libro Sententiarum* (qui est Petrus Lombardus, Gratiani & Petri Comestoris frater) *III. Dist. XXX.* quod quis non tenetur remittere inimico suo, nec aliter signum amicitia tenetur ostendere nisi petenti. Et sic verificatur (verè intelligitur, explicatur)

tur) & retorquetur contra excipientem, quod dicitur in Oratione Dominica: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, *q. d.* Sicut nos dimittimus *peccanti*, ita Tu dimittas nobis; siue, Sicut mihi non dimittitur nisi petam: ita non teneor dimittere inimico meo, nisi petat. Si hoc esset verum, esset determinatio prædictæ quæstionis, quia non teneor tibi remittere, si à me non petis: Iam verò me pœnitente, tu à me non petiisti veniam, E. per meam pœnitentiam tibi remissa non est iniuria mihi facta. Benè tamen dubitat & subjicit: Vtrum hoc sit verum vel non, non affirmo; sed ad hanc materiam optimum est videre *Matth. c. VI* quod Io. de Anania *ad d. cap. 1. n. 13. sic effert*: Et finaliter dicit Bart. in hoc standum esse Theologis, & *n. 14.* hunc non esse verum intellectum sic deducit.

O. Christi actio nostra est instructio. *c. significasti. de Elect. cum Gl. c. de Apust. ad He. Bonifacium Salutab. 6. Lib.*

Christus pendens in cruce dixit: Pater ignosce eis. &c. & tamen non apparet, quod crucifixoreshoc petierint. Similiter fecit Stephanus & Iacob. frater Domini, nec apparet, quod lapidantes & participanteshoc petierint.

E. videtur tutius tenendum, quod quis teneatur dimittere etiam *non petentibus*.

(3.) cum Presbyteris, qui quotidie celebrant, detur iniuriarum actio. *l. si quis in hoc genus. 10. de Episcop. & Cleric. l. atrocem. 4. Cod. de Iniur.*

(4.) quia aliàs nullus bonus Christianus agere posset iniuriarum, quod esset absonum & iniquum. Io. Faber. *ad s. fin. Inst. de Iniur. n. 2.*

Resp. R.
Dub.

Ad primam rationem Dubitandi respondent communiter DD. distinguendo inter tempus dissimulationis, scil. an iniuria statim ab initio in ipsius passionis acceptione ita dissimulata fuerit, ut læsus se eam ne quidem sensisse visus fuerit, sed ludendo, iocando ac familiari colloquio perrexerit; an verò illa statim in perceptione & passione ad animum revocata, postea verò temporis demum erga lædentem in actibus

bus familiaribus & socialibus non quidem spontaneis, sed necessariis aut casualibus per conuictum, manûs commiffionem, salutationem, &c. diffimulata fit. Illô modô rancor animi nequidem ortus, actio verò iniuriarum in ipsa quasi natiuitate suffocata fuit, quò pertinet *S. fin. Inst. de In-iur. Hostiens. in Summa Lib. V. Tit. de ini. & damn. n. 8.* Hôc autem animi maleuolentia mala voluntas, vindicta priuata cum rancore das feindselige Gemûth innerlichen gegen Ihm tragenden Haß / und Herzens Feindseligkeit / so viel das Christenthum anlanget / quidem dimissa, non tamen ius agendi ad emendam competens, seu actio priuata in foro ciuili & politico, præsertim si actio iam instituta citatioque secuta sit; sed requiritur insuper eius expressa remissio, vel gratuita, vel cum pœnitentia pœnauē iniuriantis seu satisfactione coniuncta. Io. de Anania *d. loc. Prosper. Farinac. & ab his cateruatim allegati, in primis vid. D. Petr. Theodor. Crimin. cap. II. aph. XXI. n. 13. - 16. D. Christ. Phil. Richter Cent. Reg. 2. n. 71. vbi affert præiudicium Ictor. Ienens. M. Febr. Reg. An. 1610.* Iam verò in dubio & regulariter per confessionē peccatorum in foro pœnitentia iura inordinatiq̃ affectus meritò quidem censentur aboliti; non tamen etiam in foro iudiciali seu contentioso ius ex ipsa iniuria, eiusque effectu quæsitum. Non enim præsumitur quis etiam æstimationem iniuriæ donare; sed in dubio alterutrius remissio sufficit, vt supra diximus. vid. Anton. & Imola *ad cap. de his. 6. de Accusat.* Etiam si expressa eius iniuriæ mentio apud confessionarium facta; nisi plenaria remissio etiam quoad interesse ac satisfactionem accesserit. Bald. *in c. 1. de pa. iur. fir. §. iniuria.* Marianus Socinus *ad cap. olim. 7. de Iniuriis & damn. n. 45. 46. 47.* Vnde sicut monet Baldus *ad d. l. si tibi. §. 1. de pact. cau-* tus sit iniurians, & curet sibi per instrumentum concordia, remitti tam iniuriam, quam damna & interesse, quo plena sit remissio; ita quoque tum demum ipsa iniuriarum actio remissa erit coram sacerdote, si promittat, quod & hanc abolitam velit, Anan. *d. l. nec obstat,* etiam de I. Rom. quod quis alteri non possit pacisci. Per Sacerdotem enim

C

enim



enim tanquam personam publicam potest acquiri absenti. *l. 1. §. publicum jus. π. de I. & I. & ibi Bart. c. Parochiano. 14. de Sepul. & plenè c. quanquam. 2. de Usur. in VI. Baldus tamen in d. c. 1. de pa. iur. fir. etiam ulterius distinguit inter personam & personam. i. e. diuersitatem iniuriatorum. Nam PERFECTI, inquit, intelliguntur seruare Euangelium, quo cauetur, quod debemus dimittere debita debitoribus nostris, vt in illo: *Serue nequam, omne debitum dimisi tibi. Gl. l. furti. 6. §. 2. f. de his, qui not. inf. adde l. 10. de Episc. & Cler.* Debemus autem esse perfecti, secundum illud: *Estote perfecti, sicut pater vester in cælis perfectus est.* Et Thomas de Aquin. *ad Lib. III. Sentent. finaliter, siue per epicrisin dicit: Dimissio est duplex, vna Rancoris, quæ est necessitatis, & ad hanc omnes tenemur, siue inimicus impugnet, siue veniam petat: altera signorum rancoris, & hæc est perfectionis, nec ad hanc tenetur homo (propter *ακληρονομασδιαν*) nisi in eo casu, quando inimicus veniam postulauit & satisfecit; Tamen si istud sponte facit, melius est, quàm si petenti. Quo facit illud August. *ad Pollentium. caus. XXIX q. 1. c. VIII. in m.* Ea sunt in nostris officiis gratiora, quæ, cum liceret nobis etiam non impendere, tamen causâ dilectionis impendimus. &c. & sic etiam, quæ, cum liceret nobis de iure persequi & exigere ab aliis, non exigimus maxime cum magistratus ex officio in hoc casu publicè in legis transgressores soleat animaduertere. Si tamen ea ipsâ remissione proximo magis noceamus quàm profimus, dum illum per malitiam spe ulteriori impunitatis ad alios quoque lædendos incitari, verendum sit, satius est in tempore per iuris sui exactionem iniurioso homini crucem figere, vt imposterum cautius mercari discat. Vnde D. Antonio Matthæi *d. l. laudante D. Wissenbachio Diss. ad Institut. XLIII. 17.* separandum videtur officium *magistratus*, ab officio, pietate & conscientia *actoris*. Illius esse, delictis si probentur pœnam irrogare; Huius considerare, quàm parum congruat actio iniuriarum cum Christianismo, & mox adiicit: Sanè si nulla sit spes aduersarium lucrificandi tuâque patientiâ ille indies fiat deterior, hæc demum, etiam Theologis assentientibus, iustif-**

iustissima agendi causa est, vt saltem iudicio & pœnâ corrigatur, quem sacrae conciones inflectere nequeunt. Ad alteram dubitandi rationem iam satis responsum est per Guilielmum prima ratione decidendi, vnde non est quod plura ibi recensitis addamus.

VI. Porro diuini nominis inuocatio Instrumentorum seu Documentorum validitatem non operatur.

Est hæc negativa communis scriptorum sententia, vt *An inuocatio DEI instrumentis necessario præponenda?* videre licet apud Bart. Bald. Alex. Io. de Imola. Abbat. Felin. Guilielm. Mandagot. *Tr. de Elect. nouor. Prælat. cap. LIX. Form. 1. Addit. Boër. it. cap. XXXV.* & Canonistas plerosque locis à Schneidew. *ad Rubr. Inst. n. 1. relatis.* Confer Couarruu. *Præct. da? qu. XX. n. 1. Costal. part. 1. Aduers. in pr. n. 1. & seqq. Roland. à Valle. Vol. 2. Consil. 73. n. 5. Tiber. Decian. Vol. 1. Resp. 34. n. 5. Gratian. Decis. R. M. 1. Bertaz. d. Claus. in proæm. n. 5. Crassus §. Inuentarium. q. 10. n. 1. Harprecht. ad Inst. in proæm. Rumel. ad Aur. Bull. pag. 8. Befold. in præcognit. miscell. general. ad Præcogn. Pandect. quest. 10. Ay rer. in Proc. Iur. part. 1. c. IX. Obs. 9. Ludou. Gilhaus. in arb. iudiciar. Ciuil. part. 3. cap. 6. num. 39. Theodor. Höping. de Iure Insignium. cap. 2. §. 3. n. 113. Vide Iustin. Nou. XLVII. cap. 1. §. 1. & Maximil. I. Recess. Imp. de anno 1512. Tit. von Notarien.*

Ne tamen solâ auctoritate niti videamur, iuuat ipsa argumenta perpendere: Quamuis autem nulla difficultas subesse videatur, varias tamen Alexander hîc retulit Doctorum antiquorum opiniones, ex iure scripto defumtas. Præcipuæ verò sunt Imolæ, Romani, & Speculatoris, & pro vnaquaque multa adducuntur, vt solitum est Repetitiones scribentium, qui fluctus sæpissimè excitant in simpullo, columnasque ferè ingentes implent, vbi vel verbum sufficeret: congerunt de more quod festucarium; longaue semper terenda via est, vt occurrat quod profit versandæ tamen

Rat. Neg.

eorum, tametsi adipata strigosaq; pagina, quod in illis longe plura ad forum, quam in recentioribus, &c. sunt verba Anton. Mornacii ad l. 7. Cod. de Transact. Imola Negatiuam, quæ & communis, vti dixi, amplexus his vtitur fundamentis: (1) quia Inuocatio leuis solemnitas est, & non de substantia actus ciuilis, quia non est præcepta expressâ lege ciuili, nec fundata in aliquâ vrgenti ratione vel vtilitate. Iam verò culpæ non imputari, nec rem aliàs perfectam enervare potest leuis solemnitatis omisso, iuxta textum in l. 1. §. ult. π. de ventr. inspic. ibi: *quale est enim, si quid ex iis, quæ leuiter obseruanda Prætor edixit, non sit factum: partui denegari bonorum possessionem?* vbi Glossa si. dicit: *Maiores omissa excusantur per rusticitatem, sed leuia ab omnibus possunt omitti.* Et secundum Bart. Bald. Iason. & omnes DD. in l. sciendum. 30. de V. O. Secus est in maioris momenti solemnitatibus, vide l. cum hi. 8. §. si Prætor. 17. de Transact. (2) Quicumque pro se habet regulam, is habet fundatam suam intentionem & transfert onus probandi in aduersarium, qui allegat exceptionem, ut not. in l. 1. π. de R. I. & ibi Decius. Sed regula est, inuocationem, vt nudam solemnitatem, non esse necessariam ad actûs ciuilis perfectionem, vide l. rem non nouam. 14. Cod. de iudic. & ibi Glossam. Ergo & qui vult dicere in instrumentis publicis necessariam esse inuocationem, id probare tenetur. (3) Vbi aliquid religionem respiciens per legem requiritur ad actum, etiam si omittatur, non tamen vitiatur actus, sed solum DEVM habet vltorem, vt de iuramento dicitur d. l. 14. & in §. item si quis postulante. 11. Inst. de Action. per Iason. n. 57. seqq. Sed hæc inuocatio respicit religionem. Ergo omisso solum DEVM vltorem habet, & scriptura manet valida. (4) Quicumque dicit actum aliquem esse nullum, per aliquam legem, vel constitutionem, seu specialem dispositionem illud probare debet, l. 5. pr. π. de probat. Nam quod non præcipitur quare omissum sit nocuum? Sed qui dicit instrumentum annullari omisâ inuocatione, illud dicit. Ergo illud probare debet. Sed nullo iure hoc reperitur præceptum; Ergo negatiua remanet probata. Erubescimus enim, cum sine lege loquimur.

l. illam.

*l. illam. 19. Cod. de Collation. (5) Glossæ auctoritatem præten-
dit in l. iuris gentium. 7. §. quod ferè nouissima parte pactorum ita
solet inferi. 12. π. de pact. & l. generali. Cod. de Tabulariis, Scribis,
Logographis & censualibus. lib. X. tit. 69. cap. inter dilectos. 6. in
verb. indictionis. de fide instrum. vbi referuntur solennitates In-
strumentorum, & nihil dicitur de Inuocatione diuini nomi-
nis, sed solum de annis Domini, siue ab Incarnatione Christi
præponendis. Porro (6) adducit textum *Nou. XLVII. in
pref. & cap. 1. §. si qua vero.* vbi dicitur, quod nomen Impera-
toris debet primo poni, & indictio & consules; & Documen-
ta ita incipere oportere: βασιλείας τῆς θεοῦ αὐγῆς,
καὶ αὐτοκράτορος, ἔτους ποσῶδε. Imperio illius sacratissimi Augusti,
Imperatoris, anno toto. Si igitur nomen Imperatoris debet præ-
poni, non debet præcedere inuocatio, quæ omnimodo præ-
posita fuisset.*

Contrariam & Affirmatiuam opinionem defendit Roman.
& alii recentiores, quod omnino inuocatio sit de substantia
perfectionis actus ciuilis, vt eâ omisâ vitietur instrumen-
tum. Ad quam sententiam stabiliendam respondetur pri-
mò ad priores rationes, & quidem ad 1. quod inuocatio sit
magna solennitas, imò maxima, cum sine auxilio DEI nihil
in mundo fieri possit. Ad 2. 3. & 4. quod omnino reperiatur
dispositum per textus *in can. Non liceat. 3. XXVI. q. V. & c. Non* *Resp.*
obseruetis. 17. XXVI. q. VII. qui per verba imperatiui modi gene-
raliter mandat, inuocationem fieri debere. Ad 5. quod glossæ
allegatæ enumerauerint tantum difficiliora & minus nota: In-
uocationem autem prætermiserint, tanquã notoriè constaret
eam adhibendam esse, per quotidianam obseruantiam in lo-
cutionibus hominum: non autem quod præsupponat, eam
non debere interuenire. Vnde glossarum enumerationes
partium ad instrumenta necessariarum imperfectionis ar-
guendæ, ex quibus firmiter quis argumentari nequeat. Ad
6. quod Imperat. *d. Nou. XLVII.* disponat tantummodo de so-
lennitatibus non respicientibus religionem, de quibus dubi-
tabatur: & mandauerit præponi nomen Imperatoris illis, quæ
non respiciebant religionem; Inuocationem diuinam sem-



per primo loco poni debere, præsupposito. Et hic ipse textus retorqueri possit in contrarium. Nam postea ibi subsequi: *Ἀρχέδωσαν ἐν ἑσὶ δὲ τῆς ἡγεμονίᾳ θεῷ προόδου πρώτης Ἰπνευήσεως ἕταπῶς αὐτῶν γεγραμμένων, βασιλείας Ἰστυριανῶν τῆς θεοῦ τῆς Αὐγῆς, &c.* Et inchoetur mox auctore DEO à procedente seu progrediente prima indictione, ita quodammodo eis scribentibus: Imperii Iustiniani sacratissimi Augusti & imperatoris anno XI. post Consulatum Flauii Belisarii, clarissimi viri, anno II. die autem tot & tot Kal. Qui textus mandatum, formam & ordinem instrumenta scribendi ponere, & sicut indictio ibi necessario est scribenda, ita & inuocatio vt scribatur, velle videtur.

*& Rat. Af-
firm.*

Deinde etiam argumentantur ipsi (1) si dicto textu mandauit Iustinianus, vt præponatur nomen Imperatoris: DEUS autem maior est Imperatore, quem semper coluit & adorauit Iustinianus: sequitur à fortiori, vt voluerit etiam præponi nomen DEI, cui ipse semper se subiecit.

(2) Imperium & DEUS pari passu ambulant. l. 23. Cod. de SS. Eccles. c. sollicita. 6. in verb. duo Luminaria. de Maior. & obed. Vnde concludit Guilielmus & Baldus, in l. 1. Cod. de SS. Eccles. quod sicut filius legitimatur per oblationem curiæ profanæ, ita legitimari debet per oblationem curiæ religiosæ & monachiali. Et Hostiensis dixit in cap. Sane. 10. de Celebr. Missar. quod sicut quis tutus est fugiens ad Statuam Principis, ita debet esse tutus confugiens ad sacerdotes habentes in manibus corpus Christi. add. text. in Rub. & Nigr. c. de his qui ad Eccles. confug. ita quoque dicendum erit quoad inuocationem, quod sicut ibi disponitur vt præponi debeat Nomen Imperatoris, eadem ratione in consequentiam videatur tacite dispositum, quod præponendum Nomen DEI.

(3) Quia videmus Iustinianum hoc obseruasse in suis negotiis. Ergo & nos illud facere debemus. Quia sicut actio Christi est nostra instructio, ita & quodammodo actio Imperatoris est nostra instructio.

(4) Quia Papa in cap. Veritatis. 8. §. fin. de dolo & contum. volens proferre sententiam excommunicationis dixit: IN.

NOMI-

NOMINE. DOMINI. & Nicolaus Papa Decretum su-
um de Electione summi Pontificis. *A. Chr. M. LIX. Mens. April.*
quod extat in *can. 1. Distinct. XXIII.* ita inceptit : *In Nomine Do-*
mini nostri & Salvatoris IESV CHRISTI. cum reliqua formu-
la instrumenti.

Verum qui Negatiuæ subscribunt , quoad 1. 2. 3. & 4. *Earund.*
concedunt, quod in omnibus actibus & operationibus à quo- *Refutat.*
cunque fieri debeat inuocatio DEI. Attamen mentalem
inuocationem intelligi aiunt , nec requiri vt ea in scripturam
redigatur : De qua posteriori tamen hac vice sermo est ; in al-
latis quoque capitulis non scripta præcipitur inuocatio.
Quoad 5. quâ facilitate & probabilitate imperfectæ enumera-
tionis Glossas arguunt , eadem & maiori etiam eam perfe-
ctam esse asseri potest. Quoad 6. inanis est subtilitas & ver-
borum captatio. Nam Imperatoris *in dicta Nouella XLVII. Nou. XLVII*
præcipua pars, intentio & scopus non est, disponere, vt reli-
quis modis, quibus tempus peracti negotii designari solitum
fuit, in Instrumentis seu scripturis Inuocatio DEI quo-
que, sed tantum Nomen & annus Imperantis in Imperio,
posthac præponatur. Confirmat hoc tam eius Rubrum : **VT
PRÆPONATUR NOMEN IMPERATORIS
DOCUMENTIS.** quam Nigrum, tam in Præfatione :
*Censendum est illud ex omnibus honestissimum esse & documentum &
monumentum, & si quid præterea aliud pro futura memoria homini-
bus inuentum est, quod etiam ipsa Imperii memoria condecoratur, &c.*
*Est ergo (imposterum, quod hæcenus nemo putauit) absurdum in do-
cumentis, & iis, quæ in iudiciis aguntur, & simpliciter in omnibus, in
quibus memoria quedam sit temporum, non imperium his præponi.*
*Quam in cap. 1. ὁ Θεὸς Θεωρίζομεν. Vnde sancimus, eos omnes qui
rebus gerendis siue in dicasteriis, siue ubicunque conficiuntur προῖξες,
acta, operam dant, & συμβολαιογράφοις, tabelliones, & eos in vni-
uersum, qui qualicumque forma documenta scribunt, hoc modo incipe-
re in documentis. Imperii illius sacratissimi Augusti Impera-
toris anno toto. & post illa adicere consulis appellationem, qui in
illo anno est : & tertio loco indictionem, mensem & diem. & in eius
§. 1. qui annorum imperii Summi Principis adiectionem
sexies*

ἡγεμόνι
Θεῶ.

sexies inculcat : Cuius tamen verba : ἡγεμόνι Θεῶ, auctore DEO, mirè torquent etiam ii, qui ea de inuocatione loqui nolunt. Sic Ruyn. illa intelligit de annis Domini siue Incarnationis Christi, à quibus processisse putat Indictiones, exprimendis. Verùm eum sensum Marian. dicit cauillatium. Est enim planè alienus à verborum sono, nec Indictio cœpit cum Natiuitate Domini, sed iam ante triennium cœperat, vt sentit Gloss. b. & in cap. inter dilectos. 6. de fide instrument. Quod ex computatione Indictionis & adiectione trium annorum collegit. Ast intellectus eorum clarissimè patet. Non enim eum in finem ab Imperatore prolata sunt, ac si velit ea Instrumentis præponi; sed, vt dictum, sicuti hic solum agit & nouiter constituit de nomine Imperatoris eiusque Imperii anno adscribendo: ita cum §. 1. dubitatio esset, an reliqui modi annos numerandi, v. g. ab vrbe condita, sublatis sint? item quo tempore lex & præceptum illud vim suam exferere & per annos imperii Imperatoris tempus distinguendi principium debeat? respondet Iustinianus, vt inchoetur mox, DEO auctore siue DEO volente, siue in nomine Domini. (vt Glossa rectè interpretatur: quam malè intellexere, qui in ea patrocinium de absoluta necessitate Nomen DEI in documentis inuocandi quærunt.) à procedente prima Indictione; quæ Germanicus stylus sic exprimeret: Und soll nach Abblauff der XVten/ als letzten/ also bald von der wiederkommenden ersten mit Gottes hülffe (oder/ geliebts Gott.) angehenden Indiction der Anfang damit gemacht werden. Et sic formulâ hac solenni: ἡγεμόνι Θεῶ, inuocauit Iustinianus DEVM pro felici principio exequendi nouæ suæ legis dispositionem; cum retro actis temporibus nulla Imperatorum, annorumque regiminis ipsorum mentio facta fuerat in consignando tempore factorum instrumentorum. Nequaquam autem intendit, vt ea sit substantialis solennitas, Iudicibus, Notariis aliisque, in conficiendis rerum gestarum monumentis. Et hic est verus sensus illius textus, qui turbauit antiquos interpretes.

Contrari-
um statu-
entes.

Ad prolatas autem Affirmantium rationes ita respondent, & quidem ad 1. & 2. negando consequentiam, dum illud

illud tantum sequeretur, vt ficuti anni Imperatoris debent scribi, ita quoque anni Natiuitatis Christi. *proem. & cap. 1. fin. d. Nou. 47.* quoad 3. & 4. conceditur, iis rationibus Topicis suaderi quidem Inuocationem Diuinam: sed non induci necessitatem absolutam, quoad validitatem actus. Hæc tamen ad Tertiam opinionem, occasionem dedere Speculatori, vt media via incederet, Decisionem fumendo à qualitate substratæ materiæ, siue negotii *Libro enim II. Part. 2. de Instrum. edit. n. 2.* ita ait: *Hæc inuocatio semper imponenda est in arduis perpetuisq; instrumentis; In minoribus autem, & intra tempus breue defecturis, & in publicationibus actorum iudicialium, nisi sit sententia definitiua, non est vis (contra Regulas Iuris) eam omitti; Quamuis & in quolibet instrumento decens sit eam poni.*

Sed ex præmissis ad oculum patet, neque iuris scripti, neque rationum vim tantam esse, vt, obliuiscente Notario Inuocationis, instrumentum eius nullas in foro ciuili vires habeat, siue de maximo siue de minimo negotio sermo sit: sed eam tantum esse de consilio, quò non in actum deductò, non verendum sit, vt actus planè concidat. Quod autem ex iure Nouissimo allegatur Constitut. Maximil. I. von Notarien zu Cöln / de A. C. 1512. § 3. certum quidem est, in ea referri, quod Inuocatio fieri soleat, sed tamen eius dispositio non est, vt illa ad maiorem instrumentorum fidem imposterum necessariò adhibeatur, id quod patet ex §. 4. Darum so gebieten und ordnen wir / dieselbe Form forthin in acht zu haben / nichts desto minder vorbehalten / was sonst von eines ieden Orts Gewohnheit zu halten wäre / (vt in *Nou. Inst. 47. §. Si qua. 1.*) doch also daß auffß wenigst im Begriff des H. Röm. Reichs den Nahmen und das Jahr der Regierung eines Röm. Käysers oder Königs / so zu derselben Zeit ist / zusehen / in keinen weg unterlassen werde. Quare cum hac non successerit Affirmantium desiderium, aliã rem aggressi sunt via, & confugerunt ad ius non-scriptum siue consuetudinem, contendendo, Notarios de consuetudine teneri Diuini Nominis Inuocationem scriptis suis præmittere. Idque probare conantur per *Gloss. in l. Generali. 3. C. de Tabul. & c. vbi dicitur: in Italia an-*

D

tepo-



teponuntur anni domini : Verùm hæc ipsis minimè adstipulatur. Nam iam suprâ dictum argumentationem à præpositione annorum Domini ad eius inuocationem, planè non procedere; Deinde testatur tantùm de Italia, ubi modum numerandi annos ab incarnatione seu natiuitate Christi cum ratione susceptum dicit Bologn. supra indicato loco n. 51. verba eius sunt hæc: *Cùm Imperatores post Constantinum recessissent ab Italia. can. Constantinus. 14. d. 9. vnde congruum perspeximus. Et ipsi habitarent Constantinopolim, & postea in Gallia, & deinde in Germania, Itali non habebant ante oculos Imperatores, neque sciebant Nomen, neque annos Imperii, Ideò omiserunt eos inscribere in Documentis suis, & cum Papam ante oculos quotidie haberent, qui erat vicarius DEI, cum ratione ceperunt scribere annos Incarnationis vel Natiuitatis Christi, qui potiores erant, & magis continui, & prestabant eundem effectum, quantum ad euitandam falsitatem, & cognoscendam diuersitatem temporum Documentorum: Ideò dicta consuetudo inoleuit. At hisce non veram eius rei originem, sed potius imperitiam suam historicam prodit. Quoniam verò non ad nostrum scopum hæc talia examinare pertinet: vnde ad rem reuertimur; Magis autem pro ipsis facit ad probandam necessitatem Inuocationis, quòd constat, eos à multis annis consuetos esse in omnibus Documentis dictam inuocationem ponere, ita vt ex millibus non vnum inueniatur sine illa inuocatione scriptum, adeoque ex subsecuta consuetudine illi semetipsos adstrinxerint ad talem obseruantiam. Inueterata enim consuetudo pro lege non immerito custoditur. *l. de quibus. 32. seqq. c. de LL. § 1. 1. & 2. C. que sit longa consuet.* Sed respondetur, etsi dicto modo mores Notariorum probari facillè possint, neutiquam tamen demonstrari poterit, quòd inde necessitas inducta sit. Nam vsus antiquissimi & mores continuati tum demum inducunt consuetudinem, quando fiunt eo animo vt credas te ius habere, vel obligatum esse, in futurum etiam id agendi, & quando iste tacitus consensus ad præcipiendum vel obligandum ex aliquâ coniecturâ apparet; *Gloss. in cap. si. de Consuet. verb. præscripta per l. 1. §. Viuianus rectè ait. 6. π. de itin. act.**

act. priu. verb. eum, qui propter incommoditatem riuu, aut propterea, quia via publica interrupta erat, per proximi vicini agrum iter fecerit, quamuis id frequenter fecit, non videri omnino usum, & *l. ult. ibid. verb. suo iure.* Notarii autem seruauerunt hunc usum & mores propter religionem propriam, vt vires accedent & DEVM propitium haberent in scripturis & operibus suis, Matth. Wesenb. *Part. 3. Conf. 130. n. 5.* sicut in quolibet alio actu mentalis DEI inuocatio adhiberi solet: & nullatenus apparet, quod obseruauerint illum usum & morem eò fine vt necessitate quãdam & obligatione tenerentur in futurum pro ciuili scripturarum suarum perfectione Inuocationem adhibere, ita, vt eã omisã remaneant imperfecta.

Ex quibus omnibus colligenda est Regula, quod inuocatio diuini numinis non sit solennitas necessaria ad ciuilem perfectionem Instrumentorum, neque de Iure, neque de consuetudine. Sed à Notariis eam piè adhiberi. Cæterum Magistratum apertam & literis expressam inuocationem DEI lege statutouè iniungere posse, nullus facile ambiget. Quo pertinet *d. Constitutio Imp. Maximil. de Public. Notar. §. demselben nach.*

VII. Accidentia Inuocationis varia inueniuntur (a). Sic motui cordis & intentioni animi, quæ nonnunquam ieiuniis excitatur accedunt verba cum certis formulis (b). His verò vel lacrymæ vel lætitiæ (c). Nec minùs interdum & certi corporis gestus (d), signum crucis (e), ut & dona (f).

(a) Baron. *Annal. Tom. 1. ad ann. Chr. LIIX. n. 105. col. 723. seqq.* Philipp. Caroli *Antiq. Rom. Lib. 1. c. 2. & seqq.* Oratio cum ieiunio in S. S. aliquando coniuncta legitur *v. g. 2 Sam. XII. 16. Dan. IX. 3. Jon. III. 5. seqq. Luc. II. 37. Act. X. 30. XIV. 23.* Vide



D. Chemnit. *part. 4. Exam. Trindens. p. 87.* Iacob. Zocchi.
Decretor. Doctoris *Tractatum de Ieiunio. in Tract. Tractat.*
Tom. XIV.

(b) Etsi Oratio Latinis ab ore dicatur; (non etiam simul
à ratione, vt Cassia. Isid. & Bez. visum, ideo quod rationa-
bile peti debeat,) non tamen verba ad eius essentiam perti-
nent: conf. *Gen. XXIV. Ex. XIV. 1. Sam. I. Matth. IX. &c.* nisi
vocabulum strictè sumatur, vt præcisè denotet preces
ore prolatas. Si tamen accedunt, & pius affectus in-
vocem prorumpit, fit, *inquit August. ne pigritet.* Nec ta-
men *multis* opus est, monente Salvatore nostro *Matth. VI.*
7. Sic & Hieron. Numquid verborum multitudine flecti
DEVS vt homo potest? Non enim verbis tantum sed corde
orandus est DEVS. Melior est quinque Psalmorum decan-
tatio cum cordis puritate, & serenitate, & spirituali hilaritate,
quàm totius Psalterii modulatio cum anxietate cordis & tri-
stitia. *c. Non mediocriter. 24. Dist. V. de Consecrat.* Nec quoque
elegantibus. Sic Gregor. in *Moral.* Veraciter orare est amarus
in compunctione gemitus non composita verba resonare. It:
Animarum verba sunt ipsa desideria, in quibus tantò quis
minùs clamat, quantò minùs desiderat. Et, quod de diis di-
xit, de DEO vero dicere debuisset Plinius Iun. in *Panegy.*
Animaduerto, *inquit,* DEOS ipsos non tam accuratis adoran-
tium precibus, quam innocentia & sanctitate lætari: gratio-
remque existimari, qui delubris eorum puram castamque
mentem, quàm qui meditatam carmen intulerit. add. Cypri-
an. *de Orat. Dom. n. 2. & 3. pag. m. 309.* Porrò Sandæus in *Gram-
mat. Profan. Comment. XII. pag. 465.* Delectatur nescio quo pa-
cto supremum illud Numen sermonis simplicitate, atque, vt
ita dicam, ruditate quâdam: maxime quando per preces,
quæ humilitatis esse debent indices, cum eo agendum est:
Affectuum enim magis quam verborum ponderator est Do-
minus. Hanc autem suam assertionem probare cupit exem-
plo cuiusdam eximiâ simplicitate hominis eremitæ, hanc o-
randi formulam cum maximo & miraculoso successu semper
in ore habentis: *O DEVS, misereere tui!* Putauit autem San-
dæus

*In orat. non
opus est
multis ver-
bis.*

*Nec elegan-
tibus.*

dæus cum illo Grammatico non minùs forsan simplici, (quem fingit doctuisse eremitam, ut inuocationem sic conciperet: *Miserere mei!* cum DEUS sit orandus non vt *sui* sed vt *nostrum* misereatur:) Voculam *tui* ad DEUM respicere, cum tamen pateat, idiotam illum seipsum intellexisse hoc sensu: *Miserere tui* scil. famuli. Verùm quod sub hac fabella quæsierit eius poëta, omnes Romanæ Ecclesiæ Solæcismos excusare, omnemque Monachorum Monialiumque incitiam ac ruditatem defendere, quâ preces non intellectas nullo cum mentis sensu aut affectu deblaterant, facilè deprehenditur. Huc pertinet etiam *cap. XIV. Kesleri de casib. consc. an DEO multi tituli in oratione tribuendi. It. Cap. XV. de precibus longis, & c. XVI. de rhetorifatione in precibus. Cæterum quòd in orando certâ precum formulâ uti liceat, expediuit Balduin. Lib. VII. de Cas. consc. c. XIII. & ipse Christus certam precandi formulam nobis præscripsit: deinde preces sanctorum, præsertim Davidis, ideò usurpantur, vt nos illis ipsis Spiritus S. verbis DEUM compellemus. Neque Spiritui S. publicis precum formulis quicquam præscribimus; sed iis infirmitati nostræ succurritur, cum non omnes satis aptè calamitates suas exponere possint. Melius autem est, certis & conceptis verbis cum DEO loqui, quam imperitè, quicquid in buccam venit, effundere. Exemplumque præbet primitiua Ecclesia, vbi Psalmi Dauidici semper vsitati fuere. Vt ex Dionys. de Eccles. Hierarch. cap. 3. constat: quo etiam referunt illud Apostoli Ephes. V. & Col. III. *Implemini Spiritu S. loquentes vobismetipsis in Psalmis, hymnis &c.**

(c.) De lacrymis & imploratione. Vid. *Ps. VI. XXXI. LV. LXXIX. Esa. XXXVII. Tob. III. Liuius Lib. XXXVI.* Ploratus mulierum non ex priuatis solum domibus exaudiebatur, sed undique matronæ in publicum effusæ circa DEUM delubra discurrunt. *Lucan. Lib. 2.*

Hæ lacrymis sparsere Deos, hæ pectora duro

Afflixere solo, lacerasque in limine sacro:

Attonitæ fudere comas, votisque vocari

Affuctis crebris feriunt vlulatibus aures.

D 1

Sili

In Orando
certâ for-
mulâ uti
licet.

Silius Ital. Lib. XII.

Funditur immixtus gemitu, precibusque per altos
Ad cælum muros clangor, sparsæque solutis
Crinibus exululant matres, atque vbera nudant.

Musicam autem tam Symphonicam quam Instrumentalem cum oratione coniunctam ex templis Christianorum quod Beza in annot. ad Th Wirth. in Coll. Mompelg. eliminare voluerit, notum est; Verum rectissime minus apta eius ratio explorata, & ad ædificationem Ecclesiæ, cum qua Diuina Gloriæ illustratio non potest coniuncta non esse, retenta fuit. Vide hac de re iudicium D. Wolffg. Frantzii, in Vol. 1. Consil. Dedek. pag. 1148. seq. M. Christ. Auian. Part 3. Præx. Eccles. Tract. IX. pag. 406. seqq. Quemadmodum autem nullus est apud DEVM respectus personarum, sed in quavis gente, qui timet ipsum, & operatur iustitiam, is acceptus est illi. Act. X. 34. 35 ita etiam apud eundem nullus est respectus & consideratio Linguarum. Thom. Lanf. in Orat. Iubil. Luth. circ. fi. Vnde Facult. Theol. Ienens. in Consilio, vom Stande der Domherren / in Dedek. Vol. 1. pag. 1063. de Pontificiis: Daß sie die Horas Canonicas in keiner andern Sprache / denn in der Lateinischen und dem gemeinen Manne unverständlichen Sprache / gleich wie alle Sacra, wollen gehalten haben / läßt sich nicht vergleichen weder mit der Epistel Pauli 1. Corinth. XIV. 4. 17. noch mit der alten Lehrer Meinung. Denn also schreibt Clemens Alexandrinus Lib. 1. Strom. In Orationibus veluti vnâ vocem habent communem, & vnâ mentem. Origines 9. Cathem. Lib. VIII. Singuli precentur propriâ linguâ, Deumque celebrent pro viribus, & omnium linguarum Dominus omnibus linguis precantes audit. Basil. in Exam. Hom. IV. In Ecclesia permixtus sonitus virorum, mulierum ac infantium ex Orationibus nostris ad Deum resultat. Augustinus. de Gen. ad lit. cap. 8. Lib. XII. Nemo edificatur audiendo, quod non intelligit. De Cathebizandis rudibus cap. IX. Populus ad id, quod planè intelligit, dicat Amen. Innocentius III. in Concil. General. Quoniam in plerisque partibus intra eandem ciuitatem atque Diœcesim permixti sunt populi diuersarum linguarum, habentes sub vna fide varios ritus, & mores; districtè præcipimus, ut pontifices huiusmodi ciuitatum, siue diœcesum, prouideant viros ido-

idoneos, qui secundum diuersitates rituum & linguarum, diuina illis officia celebrent, & ecclesiastica sacramenta ministrent, instruendo eos verbo pariter & exemplo. *cap. 14. X. de offic. iud. ordin.* Nec iuuabit Pontificios, quod adferunt & persuasum sibi habent peregrinarum vocum recitatione animos non intelligentium magis inflammari, eosq; vti linguâ exoticâ, ideò quia hæc etiam inscripta fuit cruci Domini in passione. Hæc enim mera sunt & vanissima commenta, & non secus ridenda ac Baldi illud diæterium, qui docuit, Iudicem posse sententiam ferre Hebraicè, Græcè & Latinè, quia sic in passione Domini fuit. *Baldi l. 12 C. de sentent. & interloc. om. iud.* Alberic. Gentil. *Diss. de ling. mixt. p. 109.* Sanè sapit hoc institutum aliquem morem tyrannicum, & quidem ad exemplum Veterum Romanorum, qui Carthaginenses à se deuictos non vernaculâ, sed Romanâ linguâ etiam in Græcia & Asia vti voluerunt & coegerunt, vide Anton. Hering. *Tr. de Fideiuss. cap. XI. n. 31.* & ibi allegatos. Proinde, sicut ad petitum Cyrilli Morauorum Præfulis circa ann. Dom. CM. vt Slauorum linguâ apud istius nationis populum, quem sacro fonte tinxerat, rem diuinam facere sibi per Pontificem liceret, & in Senatu variè disceptaretur, vox tanquam de cælo missa in verba hæc fuit audita: *Omnis Spiritus laudet Dominum, & omnis lingua confiteatur illi.* Ita & nulla ratio apud quenquam populis prohibere potest, quò minùs quisque natiuo fermone in orationibus vti debeat. Latè hæc de re egit Ionas Fuleuius Churiolandus, *Diss. Iurid. de Sac. Scr. cap. vlt. contra Menoch. Consil. LXXXII. n. 112.* Sic Wolffg. Raticius *Literis memorabilibus Imp. Germ. anno 1612. d. 7. Maii. Fr. furti exhibitis,* quibus modum faciliè addiscendi linguas Ebr. Græc. &c. promiserat, in fine quidem addit: *Die Theologen werden sich auch nicht viel zu zanken haben / wenn Gottes Wort allein aus Gottes Wort / und nicht aus menschlichen Opinions / wie ist die verkehrte Welt den gottlosen und verfluchten Gebrauch hat / gelernet wird; Denn wenn alt und jung / Frauen und Kinder selber mit Gott reden / die H. Schrift in Ebraischer und Griechischer Sprache lesen und verstehen / so wird niemand leichtlich zu verführen seyn / &c.* Sed cum hæc verba minùs appositè scripta

Scripta visa fuerint in Comitibus, illa in seinem gründlichen und beständigen Bericht / *vel potius Reuocation* dieses seines Memorials / aus Befehl hoher und Fürstl. Personen / zu Verhütung aller wiederwertigen Mißdeutung sic declarauit: Es kan zwar dieses vor eine verfängliche Rede außgedeutet werden / Ist aber meine Meinung diese und keine andere / denn daß man Gottes Wesen und Willen aus denen Sprachen / darinnen Er sich durch die Propheten und Aposteln anfänglich erkläret / besser und eher vernehmen könne / als wenn man andere Dolmetschung allein zu hand habe: Denn obwohl Gott dem Herrn eine Sprache wie die andere am bekantesten / will doch nicht folgen / daß wir in einer oder andern Dolmetschung die Art und Eigenschafft der Ebräischn und Griechischen Sprache so fertig und eben ergründen &c. Eadem quaestio inter Iudæos etiam est, vid. Io. Christoph. Wagenfeili Sota, in Excerptis Gemarae cap. VII. Excerpt. 1. pag. 688. ibique not.

Gestus ve-
ter. Roma-
norum.

(d.) Briffon. Lib. 1. de Form. pag. 35. ff. de Romanis indicat, quo gestu, habitu, motu, flexuque corporis deos coluerint, adorarint, venerati ac precati fuerint, iisque supplicarint, scilicet stantes, capite operto, corpus ad dextram siue dextrorsum in orbem circumagentes, procumbentes, dextramque ori admouentes, osculum labiis prementes, ac tum denique sedentes. Ac primum eos *stetisse* probat ex Martial. Lib. XII. Epigr.

Multis dum precibus Iouem salutat,
Stans summos resupinus vsque in vngues.

Idem quoque Cujac, Lib. II. obs. cap. XL. De Christianis narrat: Stantes olim, inquit, die Dominico DEUM orabant, nec enim eo tempore DEUM, vti tunc loquebantur, de geniculis adorabant. Ea loca, pergit, Tertullianus in Lib. de Oratione, Stationes dixit, idque nomen ab exemplo militari translatum esse ait: & ita quoque Marcellinus accepit in ff. Libr. XXII. Capite verò operto salutatos DEOS ostendit Plaut. in Curculio. Act. 3. Sc. 1. his verbis:

Quis hic est, qui operto capite Æsculapium
Salutat?

Plutarch. ἐν Αἰτίοις ἤτοι ῥωμαϊκοῖς idem tradit. Διάλε, in-
quiens,

quies, τὸς θεοὺς προσκυνῶντες, ἄπικαλύπτονται τὴν κεφαλὴν.
Excepto tamen Saturno, Honore & Hercule. Huic mori
quoque adfueti forsan erant Corinthii. Vnde cum etiam
verum DEUM agnoscentes ex eadem consuetudine ipsum
velato, adoperto, obnuptoque capite ἄπικαλυπτόμενοι, seu
ἀπικρύψει τῆς κεφαλῆς, colere precarique vellent, D. Paulus
inter cetera, quibus labantem Corinthiorum disciplinam eri-
gere in animum induxit, capit. XI. Epist. prioris hoc quod capi-
tis tegumentum attinet corrigere & in viris ex professo dam-
nare instituit, adde Iac. Gothofr. *Dissert. de Veland. Mulieribus
deque exuvia capitis*, Contra Tertullianus in Apologet. Chri-
stianos *capite nudo* precatos semper scribit; quia non erube-
scerent: ac sine monitore, quia de pectore orabant. Porro
vti Christianorum conventicula vel ædes erant oblonga, in-
star navis & ad Orientem conuersa. Clemens Const. *Lib. 2.
cap. XXXVII. p. 45.* καὶ πρῶτον μὲν ὁ οἰκῶ ἐστὼ ἄπικυμῆκης, καὶ
ἀνατολὰς πτερὰ μὲν. Videtis Nicen. Syn. 2. *Art. 4. p. 477.*
Hygen. *de Limit. Constituend. p. 163.* Ita Christiani quoque ad
Orientem conuersi preces suas ad DEUM allegabant. Ratio-
nes affert Germanus Archi-Episcopus CPol. *ἵστορ. ἐκκλησι. καὶ
μυστ. θεωρ. pag. 6.* τὸ καὶ ἀνατολὰς εὐχεσθῆαι ὡς ἀδεδυμένον εἶναι, ὡς
καὶ τὰ λοιπὰ ἐκ τῶν ἀγίων ἀποστόλων, καὶ ἐστὶν ἕτως. Διὰ τὸ τὸν νοη-
τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης χειρὸν τὸν θεὸν ἡμῶν ἄπικυμῆσαι ἐν
ποῖς μέρεσι τῆς ἀνατολῆς τῆς αἰσθητῆς ἡλίου, καὶ τὸν προσφῆτω, τὸν λέ-
γοντα, ἀνατολή ἐνομα αὐτῷ καὶ πάλιν προσκυνήσαι τὸ κυρίῳ ἄπικυ-
μῆσαι ἄπικυμῆσαι τὸν ἕρπον τῆς ἕρπον καὶ ἀνατολὰς, καὶ προσκυνήσομεν
εἰς τόπον ὃ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ, καὶ πάλιν σήσονται οἱ πόδες κυρίου
ἄπικυμῆσαι τὸ ὄρα κυρίου τῶν ἐλαίων καὶ ἀνατολὰς. Ταῦτα φασὶν οἱ προσφῆ-
ται, καὶ διὰ τὸ ἀποπαροδοκεῖν ἡμᾶς πάλιν τὸν ἐν Ἐδέμ ὡς ἀδεδεισον
καὶ ἀνατολὰς ἀπολαμβάνειν, καὶ ὡς ἐκδεχόμενους τὴν ἀνατολὴν
τῆς φωλοφανεῖας τῆς δόξης τῆς κυρίου παρρησίας καὶ παλιγγνε-
σίας. Clemens Constit. *d. l. p. 46.* hoc solum ait, id fieri debe-
re in memoriam veteris possessionis Paradisi ad Orientem
positi, vnde primus homo postquam DEI præceptum insu-
per habuisset, exturbatus fuit. conf. Carol. Hannibal. Fa-
brotus. *in Notis ad Tit. Cod. Theodos. de Paganis, Sacrificiis &
E Templis.*

Templis. leg. 3. pag 16. Cùm verò hunc morem etiam tenuerint olim gentes, Syri, Arabes, Persæ *Iob XXXI. 26.* qui Solem & Lunam colebant, *Procop. Lib. .* nec alia de causa in populo DEI Sanctum Sanctorum in Templo ac Propitiatorium, ad quod oraturi se convertebant, *versus occidentem*, jussu DEI erecta, nisi vt cœlestium istorum fiderum inolito cultu idolatrico abstraherentur, ad sinceram veri DEI religionem: vide *Deut. IV. 18. 19. &c.* Hinc suspicio, *inquit Tertullianus*, orta fuit Solem esse DEUM Nostrum, quòd innotuerit, nos ad Orientis regionem precari: sed & plerique vestrum, in affectatione aliquando cœlestia adorandi, ad solis ortum labia vibratis. *Apologet. cap. XVI.* Hanc autem Christianorum consuetudinem, de qua ad *Ezech. IIX. 16. 17.* multa *Cornel. à Lapid. ad ἀγγελ. του τῶν Αποστόλων ἐξήδοσιν* referunt. *Damasc. 4. cap. 13.* & prior *Iustinus*, vel quisquis est, *Quest. 118. &c.* ortam ex odio Iudæorum ad occidentem adorantium, vt Turcæ ad Austrum odio nostri orant, aut ex paganica *κακοζήλια*, de qua aduersus Christianos etiam conqueritur *Leo Episcopus Romanus Serm. VII. de Natiu. Dom.*

Ritus veter. Christianorum preces cum lætâ exultatione peragendi. Præterimus hic *circumagendi* siue circumuertendi ritum, gentiliũ: ejusq̃ loco notabimus, quòd veteres Christiani preces suas cum lætâ exultatione peregerint admoniti forsan illo *Luc. VI. 23. Gaudete & Saltate* (*οιγία* propriè est pecudum læscivientium.) quo Dominus oves suas, DEO pastore securas, iubet inter omnia mundi aduersa, exultare, plenas bonæ spei & desiderii cœlestium præmiorum. Huius moris auctor est antiquissimus *Clemens Alexandrinus Sermat. VII.* Nam cùm docuisset, omnem etiam *ἐνδικήσεν ὁμιλία* exaudiri à DEO, subtexit: Ea propter & *caput eleuamus & manus in cœlum tollimus, & pedes excitamus* ad vltimam precatio- nis *συνθένησιν*, quasi secuti spiritûs promptitudinem, ad illam solo intellectu apprehendendi Essentiam, corpusque cum precatone è terra adducere tentantes: Animamque desiderio meliorum alata sublimem facientes, cogimus ingredi in sancta, generosè despectò hoc carnali vinculo. Scimus enim

enim benè, Fidelem τὸν γνωστὸν (vt vocat) non minore cum
alacritate Mundum hunc omnem transilire , quàm olim Iu-
dæos Ægyptum, quòd quàm maximè propinquus futurus sit
DEO. Deriuatum etiam hunc morem à Iudæis in Ecclesiam
Christianam esse dici posset , de quibus Dn. Buxtorff. c. V. Sy-
nagog. docet : quod etiamnum ad precum matutinarum fi-
nem, cum ad hanc peruenerunt clausulam ; *Qui superis dat pa-
cem nobis & toti Israël pacem det, Amen!* per tres passus retrò re-
filiunt: Quod si verò in conferto cœtu resultandi facultas
non sit, *ter subsiliunt.* Monet autem mos iste, quæ cum fidei
lætitia, quæ cum eleuatione mentis ad DEUM, quæ cum desi-
derio, dicendum sit *Amen!* De Iamblichio suo refert Eunapi-
us Sardinian. in eius vita, eum de terrâ inter precandum fuisse
nonnunquam sublatum *πλέον ἢ δέκα πήχεις.* Simile quid de
Xauerio & Dominico narrat Cornel. à Lap. in *Proem. in Mi-
nor. Propb.* Spiritu secum rapiente corporis molem inter cœ-
lum & terram pendulos orasse. adde Io. Mich. Dilherri *Lib. III.*
Elector. cap. XV. Quod verò suprâ Clem. Alex. de capitis ma-
nuumque eleuatione dixit, idem quoque testatur Tertull. *Caput &*
Apolog. c. XXX. Illuc in cœlum suspicientes Christiani mani- *manus exq.*
bus expansis, quia innocuis; capite nudo, quia non erubesci- *tollendi.*
mus &c. precantes sumus, & in *Libr. de Orat. Dom.* modestiam
& humilitatem eorum prædicans: Atqui cum modestia &
humilitate adorantes magis commendamus DEO preces no-
stras, ne ipsis quidem manibus sublimiùs elatis, sed tempera-
tè ac probè elatis, ne vultu quidem in audaciam erecto: Quod
ipso docuit Christus, *Iob. XVII. 1. conf. Luc. XII. 13.*
Quamquam & ethnici ob alia multa, ita & hoc in verè cre-
dentibus imitati fuere. Sic enim Iuuenalis *Sat. X.*

Hoc *recto vultu,* solum hoc & pallidus optas.

& Apuleius in *Libro de Mundo.* Nam habitus orantium hic est,
vt *manibus extensis ad cœlum precemur.* cum Virg. Lucret. Ouid.

Mulieres supplices *genibus nixas præterea capillis passis solu-
tis & demissis Deos orasse,* obseruauit Brisson, *d. l. pag. 40. 41. & in*
illis supplicationibus, quæ auertendæ deorum iræ causa habe-
bantur, aut cum hostili aliquo nuncio percussa ciuitas ad Deos

*Mulierum
ethnic.*

& vota confugiebat, *crinibus templorum solum ververe* matronas consueuisse.

*Signum
crucis.*

(e) Sed relictis his de crucis signo inter orandum adhiberi solito mentionem iniicimus. Cuius rei originem tradit Baronius *Tom. 1. Ann. Ecclesiast. ad A. C. 60. col. 771. 772.* scilicet contra eos hæreticos, ipso exordio nascentis Christi Ecclesiæ emergentes, qui Christum verè crucifixum esse negabant, consueuisse Ecclesiam Catholicam, cum aduersus eos vehementius obniteretur, non tantum verbis, sed & signis & factis Christi crucem profiteri, & tam in sacris quam in cæteris rebus, quibus benedicerent. *v. g.* in panibus comedendis, & in poculis bibendis, in ingressu, egressu, ante somnum &c. in fronte confidenter signaculum crucis digitis impressisse, atque id quidem tum forsan optimè. Verum cessantibus istis posteriori tempore hæreticis, quare hodiernum Romanæ Ecclesiæ tam mordicus retinent ac defensant suas cruces? quasi tales ceremoniæ ab Ecclesia institutæ ad ipsam pertinerent substantiam religionis & fidei Christianæ, ac precationum: quasque hæc sine illis rectè fieri non possent: neque hoc tantum, sed in super alios dissentientes diris deuouent tanquam impios, sacrilegos & atheos. Non tamen est, cur Reformatam religionem amplexi crucis signum non solum omittant, sed etiam in aliis damnent; unde non paruum sæpius Reip. ortum detrimentum. Vid. Cunrad. Ritterhus. *ad Nov. part. 1. cap. V. n. 5. & 6.*

*Dona
Vota.*

(f) Denique ignotum non est precibus sæpenumerò coniungi solita vel *Dona* statim, vel promissiones de illis præstandis, quæ *vota* vocantur. Etsi verò *ωεζουία* animique promittuntur & deuotionem potius, quam illud, quod offertur, donum DEUS respicit, ut SS. Scripturæ oracula passim inculcant; fuere tamen hæc ab ipsius mundi principio eo fine instituta, ut illius significationem darent: Quò & sacrificia pertinent. Verum eò tandem peruenit, vt corruptis moribus, hominum vulgus maximè inter gentes pravis persuasionibus putaret, DEUM more hominum donis capi: quod Seneca abominatur *Epist. CXV.* Admirationē nobis parentes, *inquit,* auri argen-

argentique fecerunt: & teneris infusa cupiditas altiùs fedit,
creuitq; nobiscum. Deinde totus popul⁹ in alia discors, in hoc
conuenit: hoc suspiciunt, hoc suis optant, hoc diis velut hu-
manarum rerum maximum, quum grati videri volunt, con-
secrant. Vnde non rarò euenit, vt qui ditescendi studio
DEOS colebant, huiusmodi fœda *κολαφία* ac nundinatione
auitas opes consumerent, animaduertente C. A. Rupert. in
Sallust. Catil. cap. IX. ex If. Casaub. suo Comment. ad Pers. Sat. 2.
hos versus:

Attamen hic extis & opimo vincere farto
Intendit: iam crescit ager, iam crescit ouile,
Iam dabitur, iam iam, donec deceptus & expers
Nec quicquid fundo suspiret nummus in imò.

Ceterum Plato *l. X. de LL. æs & aurum belli non fani organa*
esse ait. Et Plutarchus *Præcepto XX. Reip. gerendæ negat, an-*
tiquitùs in templa aurum inferri licuisse, & ab ea constitutio-
ne desumptam similitudinem applicat ad tribunal, quod &
ipsum quasi templum quoddam Iustitiæ est. Imò *LL. XII.*
Tabb. opes, vt de sacra facientibus amouerentur cautum e-
rat: Quo tempore & alia Romanorum ad primam sanctita-
tem magis accedebant. Plura peti possunt à Dione Prusæo in
Rhodiaca. Lactantio l. VI. Instit. c. 2. De Romanorum vo-
tis, eorumque formulâs vide B. Briffon. lib. 1. de Form. pag. 95.
seqq. & Librum singularem Iac. Phil. Tomasini, Episcopi
Æmoniensis, de Donariis ac Tabellis Votiuus. Sicuti verò Græcis,
asserente Ludou. Cœl. Rhodig. Lib. 5. c. 3. tum demum preces
perfectæ visæ sunt, si inter eas manum sibi oscularentur: Ita
pauperes hoc vnico satisfacere diis suis putauere, & pro ho-
stiis & libaminibus manûs osculum iis obtulerunt. Sic enim
Lucianus de Sacrif. ait: Si quis inops est, ita diis litat, vt dex-
tram duntaxat suam exosculetur. Id autem ita fiebat, vt
manum porrigentes explicatam quasi DEI simula-
chrum tetigissent, statim eam retrahentes ori suo suauian-
dam admouerent. Cum quo ferè conueniunt fictitiæ illæ vi-
ctimæ, quando pro hominibus, qui Saturno immo-
lari solebant, simulacra hominum subiici pium & humanum



visum est: ne in atrocitate magis, quam in pietate religio con-
sisteret: Aliquando & spirantium victimarum vicem impleverunt
filiginæ. Sicuti vice verâ in celebrandis Magistratuû comi-
tiis placere populo ficta auspicia, & fulguris signum à læua
missum conclamavit, etsi nullum de cælo datum esset. Ant.
Dadin. *Alteserra in Argum. operis ad Lect. de Fictiombus Iuris.*

Christian.

Quoad Christianos constat de ipsorum prioribus seculis
factis oblationibus, & elemosynis: quarum occasione secu-
lo VI. Gregorius M. Pontifex, cum ex somniis Origenis, ap-
paritionibus, aliisque fallaciis atque præstigiis fabricatus esset
Purgatorium, oblationes quoque cum precibus pro anima-
bus ex illo tormentorum loco liberandis excogitavit, tanto
cum successu, ut, maximè à seculo IX. homines omnes suas
fortunas, in fraudem quoque legitimorum heredum, Eccle-
siæ tradiderint, eum in finem, ut tum prospera quæque in hac
vita, consequerentur, tum ratione animæ suæ in Purgatorio
remedium experirentur, uti ex variis donationum instru-
mentis, quorum meminit Martin. Schoockius, in *Libri de Be-
nis Eccles. Sect. 1. c. VII.* satis patet.

*Quoad
Locum.*

VIII. In Veteri Testamento sub Lege Inuo-
catio diuina ad certum locum erat alligata (a). In
Nouo Testamento, & sub Euangelio ubique rectè
peragitur (b).

*In Vet. Te-
stament.*

(a) Scilicet ipse DEUS optimus maximus *Deut. XII.* iussit,
ne sacrificaretur in omni loco, sed in eo, quem ipse elegisset
in vnâ tribuum: Templum Hierosolymitanum. *1. Reg. VIII.*
2. Chronic. VI. ita, ut si non in ipso precantes possint compa-
rere, tamen non quidem mente tantum, sed & vultu versus
illud orare tenerentur, si exauditionis certiores esse voluerint:
Cum verò defecissent Samaritani, inter hos atque Iudæos
postea temporis publica de loco diuini cultûs fuit contentio,
confer *Iob. cap. IV.* ubi etiam mulier Saluatori nostro hanc du-
bitationem proposuit, & in Alexandria ad seditionem vsque
orta fuit, referente Petr. Ærod. *Rer. iudicat. Lib. 1. Tit. 2. cap.*
XXII. ex Iosepho, Antiqu. Iudaic. scriptore, quod Iudæi dice-
rent

rent, habere se Hierosolymis antiquissimum & augustissimum templum totius Iudaicæ religionis: id primas obtinere, atq; ibi ritè & ordine, quæ à Mose sunt traditæ, ceremonias celebrari; esse igitur oportere templorum aliorum omnium exemplar: si vlla alia sancta legitimaque esse possent, præter id quod à Mose præscriptum est. Samaritani contra: quod in Garizino monte, Alexandri Magni temporibus, olim ædificassent, Hierosolymitanum optimo iure antecedere: itaque illud præ suo fastidirent. Hæc quoque res ad Ptolomæum, Regem Ægypti (qui Philometor cognomento fuit) delata atque reiecta est, qui non censuit eam negligendam esse, quia de religione agebatur. Itaque, cum quid in ea mouere sit perpetuò periculosum, & perniciosi exempli, Ptolomæo placuit, ea conditione rem, quæ satis iudicata videbatur, in iudicium deduci, vt Advocati partium non aliunde, quam ex lege Mosaica, argumenta sumerent; quique causam, amisissent, hi ob patrocinium occiderentur. Quo factò Ptolomæus pronunciauit: *Templum Hierosolymitanum verè Mosaicum videri; itaque Sabbeum & Theodosium (aduocatos Samaritanorum) mori oportere.* Infeliciores hi erant Iuone Carnutum Pontifice, qui super ea controuersia, quâ Rhemenfes arguebant contra maiorum morem Reges Gallia alibi, quam Rhemis, vbi phiala chris-matis cœlestis asseruatur, inaugurari, elegantem scripsit apologiam, qua non videtur Rhemensia sacra pluris quam Aurelianensia facere, sed ea Ludouicum crassum meritò inunctum esse ostendit; non secus atque in Germania etiam disputatum de quorundam Imperatorum inaugurationibus alibi quam Aquisgrani ex A. Bullæ decreto peractis. Sicuti verò locus hautquaquam est de substantia vel forma actûs, sed inter ea potius censendus, quæ τὸ ἁγίου καλεῖται vocat Aristoteles:

(b) Ita quoque abrogatis ceremoniis Leuiticis, destructioneque templo Hierosolymitano nulla nos cogit necessitas, ut saltem in templis, vel facie ad templum conuersâ, oremus: sed quocunq; in loco deuotæ funduntur preces ad DEUM. Iuxta illud *Malach. I. 11. In omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda.* Vnde & Paulus scribit *1. Timoth. II. 8. Volo viros*

In Nob.
Testam.

vires

viros orare in omni loco. Et si verò Christus, Saluator noster, *Matth. VI. v. 5. & 6.* iubet in conclauis, clausoq; ostio orare, & in loco priuato; sicut ipsemet in horto orauit. *Matth. XXVI. 39.* & Apostoli in domo priuatâ. *Act. I. 14. & IV. 29.* atque Paulus & Silas in carcere. *Act. XVI. 25.* Nihilominus tamen rectè in locis publicis quoque, & regulariter ad Ordinationes Politici Magistratus in templis, tanquam locis ad diuinum cultum specialiter auctoritate publicâ destinatis, publicæ instituuntur preces. *Carpz. Iurispr. Consistor. lib. 2. Tit. XVI. def. 259. n. 4.* Non quidem quasi secreta quædam efficacia templis dedicatis sit affingenda, vel singularis quædam energia precibus ibidem peractis attribuenda; vt rectè Nostrates aduersus Pontificios sustinent, v. D. Ziegler. *ad Lancelot. Lib. 2. Tit. XIX. §. 14.* Nec ipse Cardinalis Bona *Lib. 1. c. XIV. seq. rev. liturg.* abnuitt. adde Athanas. *in Apolog. ad Const.* cum non tam loci qualitas, quàm orantis pietas orationem sanctificet: Sed, quia pars præcipua cultûs sacri sunt preces, ne confusionem religionis in ciuitate probatæ superstitione introducat, & quia consensus precantium spem promissionis habet. *Matth. XIX. 19.* Chr. Auian. *Prax. Eccles. Part. 3. Tract. VI.* veluti etiam scripsit Leo *Serm. 4. de ieiun. septimi mensis: Tunc est efficacior & sanctior deuotio, quando in operibus pietatis totius Ecclesiæ vnus est animus, & vnus est sensus, & quia præeuntibus diuinorum mysteriorum ministris ineruditi atque simplices homines, qui sæpe ipsi, quid orare debeant, ignorant, in precibus dirigantur atque instituuntur. Vnde etiam Imp. Iustinianus Nou. CXXIII. cap. XXXII. ait: Qualis est Litania, in qua sacerdotes non inueniuntur, & solennes orationes faciunt?* quasi dicat: Nullæ & absurda velut ἀνεφελος sunt huiusmodi litanix. vt Conr. Rittershuf. *ad Nouell. Part. 1. cap. V. n. 3.* explicat. Sacerdotum quippe præcipuum munus est, non pro se tantum, sed pro omni populo orare: maximeque in publicis ac solennibus conuentibus, processibus & rogationibus. Neque tamen hæc in eam partem accipienda sunt, quasi per *dict. Nouellam* prohibeantur preces priuatæ ac domesticæ, quas vel ipse quis facit solus, vel cum familia, sine vlllo Sacerdote. Sed loquitur Imperator de publicis precibus, quas maiori cum solennitate con-

concupi peragique debere, conueniens atque decorum, adeoque ad exemplum pietatis & ad incentiuum aliorum pertinere, visum est ipsi. Sic quoque in Capitul. Karoli & Ludouici Impp. *Lib. VII. cap. CCCXII.* dicitur: *Sciendum est omnibus, quod in aliis competentibus locis, si locus Basilicæ procul fuerit, Oratio ad DEUM & confessio peccatorum fieri debeat & possit. Misfarum verò celebratio non nisi in locis ab Episcopis Deo dicatis: excepto tempore hostilitatis, & hoc non nisi in altaribus & tabernaculis ab Episcopis Deo dicatis, vllatenus fieri possit aut debeat. & Bern. Lib. Meditat. Vbicunque fueris, intra te ipsum ora; si longè fueris ab Oratorio, non queras locum, quoniam ipse locus es.* Priorum scilicet Christianorum, quibus iam inde à primis Christianæ religionis initiis, semper commendata fuit in vnum congregatio. confer. *Actor. I. 14. seq.* templa; quæ tamen vix tribus prioribus seculis habuere, sed eorum locum & intimis cordis visceribus vsi sunt, nihil aliud vel in nullum alium finem exstructa fuere, iudicante Fabroto *ad Tit. Cod. Theodos. de Pagan. Sacrif. & templ. leg. 3. pag. 15.* quàm vt sint domûs orationis, *οἱ νοὶ προσευχῆς*, in quibus fideles DEUM precarentur venerarenturque, vtique melius, quàm in domibus privatis locisve profanis. *Est quippe ibi, vt admodum piè scribit Anastasius Biblioth. in Adriano 2. specialiter respectus diuinus: assistunt ibi angelici ordines pro populo deprecantes, qui preces nostras perferunt ad aures Domini Sabaoth.* Præterea tamen, vt supra diximus, magisterio suo Dominus secretò orare nos præcepit, in abditis & semotis locis, in cubiculis ipsis; quod magis conuenit fidei, vt sciamus, DEUM vbique esse præsentem, audire omnes & videre, & maiestatis suæ plenitudinem in abdita quæque & occulta penetrare. Cyprianus *de Orat. Dom. n. 2.* Videri quidem ab omnibus in oratione non est nefas; sed id agere, vt ab hominibus videaris. Recipit enim ille mercedem suam. Augustin. *de Sermone Domini.* Ceterùm Inuocatio diuini nominis in electione Regis Romani per Carol. IV. Imp. *in Aur. Bull. cap. 2.* ad templum St. Bartholomæi, Apostoli in vrbe Francfurt ordinata est. Hac occasione hîc quædam de templis ad Ius nostrum pertinentia adiciemus.

F

Quod



Quod si quis in ultima sua voluntate disposuit, ut ex suis relictis bonis seu hereditate oratorium vel templum, vel etiam alius pius locus, v. g. Xenodochium, Orphanotrophium &c. exstrueretur, Iustinianus Imp. *Nouell. CXXXI. cap. X.* tempus, intra quod eius perfectio fieri debeat, constituit: Oratorio videlicet quinquennium, prouidentia locorum Episcopi, & ciuilibus iudicibus. i. e. defensoris ciuitatis, des *Stadtyflegers*. Secundum declarationem Rittershusii *Part. VI. ad Nouell. cap. XIV. n. 4.* Reliquis vero locis vnum annum, ita ut si intra statuta tempora heres non fecerit ædificationem, ipsi legitimi curatores eam testatoris voluntatem impleant. Illud etiam tralatitium est, alienas quoque res posse legari. *Fragm. Vlpian. Tit. 24. §. 8. Imper. §. 4. Inst. de Legat. l. 39. §. 7. π. de Legat. 1.* quod tamen ita intelligendum, ut non simpliciter sint extra commercium tam heredis, quam legatarii, sed earum aliqua tamen, licet difficilis, detur paratio, aut saltem æstimatione præstari possit. *d. text.* Cum itaque templa ædes reliquæque res Sacræ, cum aliis publico vsui destinatis, dari non possint; ea nequidem per damnationem, quo tamen modo apud Romanos omnes res legari poterant, alteri legari possunt. *Vlpianus dicit. loc. qui etiam Libr. XXI. ad Sabinum.* tradit moribus Romanis furioso æquiparatum eum esse, qui talia legata testamento adscriberet. *l. 39 §. 8. de Legat. 1.* Impossibilia enim voluisse intelligitur: nec ad rem pertinet, quod ius mutari potest, & id, quod nunc impossibile est, postea possibile fieri. Non enim secundum futuri temporis ius, quod vel nemo iam agentium, nec eorum posterius attingent, sed secundum præsentis æstimari debet actio. *137. §. 6. de verb. oblig.*

*Quoad
tempus.*

XXIX. Et si verò privatim semper sit orandum (a). Certa tamen etiam à piis hominibus & in benè constitutis Rebus publ. tempora, quibus solenniter atque publicè precibus vacandum sit, determinata videmus (b).

(a) Quemadmodum attentis precibus veram felicitatem secundum DEI voluntatem acquirimus. *l. 42. pr. Cod. de Episcop.*

5

& Cleric. ita etiam iisdem continuis eandem conseruamus. *No- uell. VI. pr. Rom. XII. 12. Ephef. VI. 18. Coloss. IV. 2. 1. Theffal. V. 17. Vid. Christ. Auian. Prax. Eccles. Part. III. Tract. V. pag. 291. add. Kes- ler. de Cas. Conf. cap. XII. & cap. XVII.*

(b) Vid. *Psalm. LV. 18. & LXIII. 1. Dan. VI. Nebem. IX. Matth. XIV. 23.* Antelucanas Christianorum in primitiua Ecclesia preces, refert Plinius in *Epist. ad Traianum Cas. Affirmabant*, ait, *hanc fuisse summam, vel culpa sua vel erroris quod essent soliti stato die ante lucem conuenire, carmenq; Christo, quasi DEO, dicere &c. & Ecclesiae Neocæsarianæ Basilii Magnus: De nocte populus con- surgens domum precatationis petit.* Cassianus etiam professus, se de nocturno orandi modo, de quo libellum condidit, anti- quissimam Patrum Constitutionem, quæ per totam Ægy- ptum à DEI famulis custodiatur, proferre, inter alia monet, vtis, qui ad preces alios excitat, prædefinitas noctis horas obseruet. A nocturnis officiis *preces*, quas Antiquitas *Lucer- narias* vocauit, oriundæ sunt, iuxta ac *Psalmi Lucernales*: qua- rum originem sibi ignotam fatetur Basilii Magnus. Qui pietatis Zelus, cum principi impietatis atque calumniarum, non parum procul dubio detrimenti afferret, calumniam, ethnicorum extorsit, vt dicerent, Christianos, post Thyestea sua conuiuia, lumina per canem, ad ea funiculo adstrictum, extinguere, luminibusque extinctis ad Oedipodios concubi- tus proflire: quas atroces iniurias scriptis Apologeticis con- futarunt Tertullianus, Iustinus, Arnobius & Minutius Felix. conf. Iac. Andr. Crusii *Lucubrationes de nocte & nocturnis officiis, cap. XXII.* Quin & postea temporis inter ipsos sub Papatu de nocte orantes magnus abusus accessit; maximè verò ad mo- numenta & sepulchra Martyrum, inter monachos & sacras virgines: vnde hæ nocturnæ ad tumulos vigiliæ (à quibus forsan iste mos, quòd hodiernum apud defunctos lampades accendantur & superstites inuigilent, deriuatus) in Concilio Elibertino sublata fuere. Euseb. *VI. Hist. Ecclesiast. cap. 33.* & ri- diculum aliquando certamen de primo campanæ pulsu, quo monachi ad preces excitarentur, inter confratres mendican- tes obortum, quod Nicolaus Boërius in *Tractatu de auctoritate magni Concilii n. 87.* recenset: Cum diu, ait, in Curia Romana Fran-

Preces no- cturna.

Franciscani & Dominicani concertassent de primo pulsandis matutinis, tandem insumtis triginta millibus aureorum lis decisa est, vt primò surgentes primò pulsarent. Ceterum Aithonus Armenus, referente Iohanne Wolff. *Lectio. memorabil. & reconditar. Tom. 1. ad ann. 1346. pag. 633.* in Libro de Tartaris rem penè incredibilem narrat, nimirum Tartaros vltra montem Belgiam habitantes, postquam aliquando tota nocte in orationibus perseuerassent, manè factò per siccum mare traduxisse exercitum in Asiam. Muhammedus quoq; impostor ille insignis, in Alcorano Turcico vult suos noctu surgere, & precibus inuigilare, obuerso vultu Mecham versus. Iuuat hic meminisse verborum Io. Bodini *in fin. Paradoxi*: Non satis est ab immortalì DEO semel sapientiam petere; Tamdiu nobis orandus est, quoad exoratus fuerit, idq; potissimum antesolis exortū, atq; etiam mediâ de nocte appellandus, cum ceteri somno vinoque aut corporeis voluptatibus sepulti iacent: tunc efficacissimæ sunt preces. Mediâ, inquit ille *Pf. 129.* nocte surgebam, vt laudes canerem nomini tuo. Huius filius Salomo tribus verbis rem absoluit: Qui diluculo, inquit, quærunt sapientiam, reperient illam: hõc verò facilius consequere, quò citius fueris ab ineunte adolescentia sic educatus. Carolus IV. Imper. *in Aur. Bulla. cap. II. §. 1.* etiam constituit, vt, postquam Electores ciuitatē Francfurt ingressi fuerint ad Electionē noui Imperatoris, statim sequenti die, diluculo, in Ecclesia S. Barthol. ibidem Missam de Sancto Spiritu faciant decantari. Non quidem præcisè summo diluculo, sed matutino tempore, vt satis adhuc spatii supersit ante prandium præstandi iuramenta. *Limn. ad d. l. obseruat. 3.* Alia etiam tempora interdium summæ potestates ad orandum ordinarunt. v. g. *in Recess. Imperii de anno 1544. §. 58.* Und zu mehrer Begebung des gemeinen Christlichen Volcks Andacht / ordnen und wollen wir / daß durch das ganze Reich aus / alle Tage / zu zwölf Uhren / eine Bethglocke geläutet werde / und alle und iede Christen-Menschen zu Zeiten / wenn diese Bethglocke geläutet wird / ihr andächtigt Gebeth zu dem Allmächtigen sprechen / auch das also zu thun. von ihren Pfarr-Herrn und Predigern fleißig unterwiesen und vermahnet werden.

T A N T U M.



(225.454)

Juca, Diss., 1682

ULB Halle


3


004 216 27X



WMA







877

DISSERTATIO CANONICA
DE
IVRE PRECVM,
QVOAD FINEM, EFFE-
CTVM ET VARIOS RITVS,
QVAM
DIVINA FAVENTE GRATIA *No 82, 20*
PRÆSIDE *25*
DOMINO
GEORGIO ADAMO *Struben*
ICTO, SERENISSIMORVM DVCVM
SAXO-VINARIENSIVM CONSILIARIO INTIMO
VT ET ILLVSTRIS REGIM. AC CONSISTOR. SA-
XO-IENENS. PRÆSIDE, FACVLTAT. IVRIDICÆ
ORDINARIO, CVRIÆ PROVINCIALIS ATQVE
SCABINATVS ASSESSORE,
DN. PATRONO, COGNATO AC PROMOTORE
SVO OMNI OBSERVANTIÆ ET OBSE *QVII*
CVLTV ÆTATEM DEVENERANDO,
IN FLORENTISSIMO AD SALAM ATHENÆO
A. D. *IVL. CLS 13c* XXCII.
PLACIDÆ ERVDITORVM DISQVISITIONI
EXHIBET
GEORGIVS ADAMVS *Brunner*.

JENÆ, LITERIS KREBSIANIS.

